

**VISITA PASTORALE ALLA CITTÀ
DI VERONA**

DI GIOVANNI BRAGADINO

Vescovo di Verona

PRIMA VISITATIO 1735-1737 Liber secundus

REGISTRO LVIII



PRIMA VISITATIO ECCLESiarUM
VERONENSIS DIAECESIS
ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI
DOMINI DOMINI IOANNIS BRAGADENI
EPISCOPI VERONENSIS COMITIS ET CETERA
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPAE
PRAELATI DOMESTICI ET ASSISTENTIS
LIBER SECUNDUS
LVIII
Bernardo Ronchi cancellarius

[A margine: Vallis Pantenae]

Nota introduttiva sul secondo volume della visita pastorale del 1735 di Giovanni Bragadino, vescovo di Verona dal 1733 al 1758.

La vita (da: CERVATO, D. *Viri memoria digni*, Verona 2013 pp. 175-177). Nato a Venezia il 21 agosto 1699, fu nominato vescovo di Verona da Clemente XII il 2 marzo 1733; fu ordinato vescovo a Roma il 15 marzo successivo dal cardinal Pietro Ottoboni e il 5 aprile 1733 fu nominato vescovo assistente al soglio pontificio. Segnalò il suo episcopato con la predicazione, con istruzioni e lettere pastorali, col promuovere la santificazione del clero; promosse nel Seminario gli studi letterari, filosofici e teologici nominandovi distinti professori e inoltre vi fondò una propria tipografia che in pochi anni stampò parecchie opere dei santi padri e dottori della Chiesa. Il giorno 2 settembre 1757 avvenne una piena dell'Adige con inondazione della città; il vescovo, chiuso dalle acque nel suo palazzo, dolente di non poter recare aiuto ai bisognosi, diede incarico al vicario generale, che si prodigò efficacemente. Nel 1758 fu trasferito da Verona e innalzato alla dignità di patriarca di Venezia. Morì il 23 dicembre 1755

La visita pastorale. Il volume LVIII delle Visite conservato presso dell'Archivio della Curia vescovile di Verona è il secondo di quella compiuta dal vescovo Bragadino nel 1735, precisamente dal 1° agosto al 3 settembre. Si riferisce alle zone della Valpantena e della Valpolicella. La prima parte riporta i verbali scritti dal cancelliere Bernardo Ronchi, in un latino lessicalmente povero e grammaticalmente influenzato dall'uso italiano, per cui si trovano verbi intransitivi al passivo, forme composte passive con participio perfetto + perfetto indicativo, alternanza nelle desinenze (*altare/altari*) all'ablativo, errato uso delle doppie, dell'apostrofo eccetera; la seconda parte contiene i documenti consegnati dai vari parroci: alcuni sono ampi e dettagliati, più spesso sono frettolosi e incompleti; la grafia è quasi sempre incerta e presenta incredibili errori di ortografia; la difficoltà maggiore è data dall'interpretazione dei nomi propri e soprattutto dei cognomi, segnalata talora, nella trascrizione, da punto interrogativo. Con tre puntini si sono indicate parole illeggibili, con parentesi quadra espunzione e con parentesi uncinata integrazione.

Scalla per la visita in agosto
1735

Da Verona

Miglia 2 – a Pogan – anime 700 – oratorii 4 – lunedì primo agosto, martedì 2, mercoledì 3 mattina
Miglia 1 – a Quinto – anime 225 – oratorii 1 – mercoledì 3 sera, giovedì 4 mattina
Miglia 2 – a Grezzana – anime 500 – oratorii 4 – giovedì 4 sera, venerdì 5 mattina
Miglia 3 – ad Alcenacago – anime 450 – oratorii 4 – venerdì 5 sera, sabato 6
Miglia 3 – a Grezzana ancora – anime 500 – oratorii 4 – domenica 7 sera, lunedì 8 mattina
Miglia 2 – a Romagnan – anime 340 – oratorii 1 – lunedì 8 sera, martedì 9, mercoledì 10 mattina
Miglia 3 – ad Azzago – anime 300 – oratorii 1 – mercoledì 10 sera, giovedì 11 mattina
Miglia 2 – a Cero – anime 400 – oratorii 1 – giovedì 11 sera, venerdì 12, sabato 13 mattina
Miglia 2 – a Lughezzano – anime 200 – sabato 13 sera, domenica 14 mattina
Miglia 6 – a Valdiporro – anime 350 – domenica 14 sera, lunedì 15, martedì 16 mattina
Miglia 2 – a Chiesa Nova – anime 1400 – oratorii 5 – da martedì 16 sera a venerdì 19 mattina
Miglia 4 – a Erbezo – anime 800 – oratorii 1 – venerdì 19 sera, sabato 20, domenica 21 mattina
Miglia 6 – a Breonio – anime 800 – oratorii 3 – domenica 21 sera, lunedì 22, martedì 23 mattina
Miglia 3 – ad Alfaedo – anime 600 – oratorii 3 – martedì 23 sera, mercoledì 24, giovedì 25 mattina
Miglia 2 – a Cerna – anime 200 – giovedì 25 sera, venerdì 26 mattina
Miglia 3 – a Pruno – anime 600 – oratorii 4 – venerdì 26 sera, sabato 27, domenica 28 mattina
Miglia 2 – a Fane – anime 356 – domenica 28 sera, lunedì 29 mattina
Miglia 2 – a Torbe – anime 200 – lunedì 29 sera, martedì 30 mattina
Miglia 3 – a Negraro – anime 1400 – oratorii 10 – da martedì 30 sera a giovedì 1° settembre mattina
Miglia 3 – ad Arbizzano – anime 500 – oratorii 4 – giovedì 1° settembre sera, venerdì
Miglia 3 – a Verona, il sabato mattina 3 settembre 1735.

Indice delle parrocchiali

A Alcenago San Clemente, carte 28 – Azzago San Pietro in Vincola, c. 47 – Alfaedo Sant'Anna, c. 113 – Arbizzan San Pietro, c. 167
B Breonio San Martial, c. 102
C Cero Sant'Osvaldo, c. 54 – Chiesa Nova San Tomaso apostolo, c. 77 – Cerna San Giovanni Battista, c. 124 tergo
E Erbezo Santi Filippo e Giacomo, c. 89t
F Fane Santi Giorgio e Antonio, c. 140t
G Grezzana Santa Maria Elisabetta, c. 19 e c. 38t
L Lughezzano San Bernardo Abbate, c. 61t
N Negrar San Martino, c. 154
P Pogan San Pietro, c. 2 – Prun San Paolo, c. 130
Q Quinto San Giovanni Battista, c. 12
R Romagnan Sant'Andrea, c. 41
T Torbe San Pietro, c. 146
V Valdiporro Sant'Antonio Abbate, c. 67

Indice degli oratori

A Sant'Antonio Abbate in Cologna sotto Alcenago, c. 38 – Sant'Antonio di Casal sotto Azzago, c. 52t – Sant'Anna in Pampiago sotto Chiesa Nova, c. 73 – Sant'Antonio dei Boschetti sotto Alfaedo, c. 98t – Sant'Antonio in Cere sotto Negrar, c. 153t – Sant'Antonio in Novare sotto Arbizzan, c. 170t
B Beata Vergine dell'Altarol sotto Pogan, c. 9 – Beata Vergine di Loretto sotto Quinto, c. 15t – Beata Vergine di Cuzzan sotto Grezzana, c. 24 – Beata Vergine de Miracoli sotto Grezzana, c. 24t – San Benedetto in Cozza sotto Alcenago, c. 32t – San Barnaba in Rosaro sotto Grezzana, c. 44 – San Bortolamio in Podestaria sotto Chiesa Nova, c. 81 – Beata Vergine delle Grazie in Vallene sotto Alfaedo, c. 97 – San Biasio in Mezan sotto Prun, c. 132
C Santa Cristina sotto Prun, c. 129t
D Decolazion di San Giovanni Battista in Sorte sotto Negrar, c. 153
F San Francesco Saverio sotto Romagnan, c. 46 – San Francesco in Villa sotto Negrar, c. 152 – San Francesco sotto Arbizzano, c. 171

G San Giovanni Battista in Cornal sotto Chiesa Nova, c. 80 – San Giovanni Battista in Costa Mora sotto Erbezo, c. 93t – San Giovanni Battista in Monte sotto Breonio, c. 99t

I Immacolata Concezione sotto Santo Steffano di Verona, c. 4t – Immacolata Concezione in Zivelongo sotto Breonio, c. 112 – Immacolata Concezione in Cere sotto Alfaedo, c. 114t – Immacolata Concezione sotto Arbizzan, c. 171

L San Lionardo sotto Santo Steffano di Verona, c. 5 – San Luca sotto Santo Steffano di Verona, c. 5t

M San Michel sotto Grezzana, c. 26 – San Marco sotto Alcenago, c. 32t – San Michel di Beccherli sotto Chiesa Nova, c. 72 – Santa Margarita in Dal Dosso sotto Chiesa Nova, c. 79 – San Marco sotto Prun, c. 133 – Santa Maria in Progno sotto Negrar, c. 161t

N San Nicola in Cirese sotto Negrar, c. 152t

O Oratorio privato Sinibaldi in Prun, c. 134 – Oratorio privato Boni in Negrar, c. 151t

P Santi Pietro e Paolo in Arzarè sotto Cero, c. 60t – Patrocinio di Maria sotto Fane, c. 143t – San Pietro in San Pietro sotto Negrar, c. 153t

R Santissimo Rosario o San Francesco in Progno sotto Negrar, c. 163

S Santo Steffano in Stallavena sotto Alcenago, c. 37

T Tutti i Santi in Novare sotto Arbizzan, c. 170

V Santa Viola sotto Azzago, c. 49 – Sant'Urbano in Molina sotto Breonio, c. 101 – Visitazione di Santa Elisabetta in Moron sotto Negrar, c. 160t – San Vitto in San Vitto sotto Negrar, c. 163t.

[1] In Christi nomine amen. Anno ab eius Nativitate millesimo septingentesimo trigesimo quinto indictione XIII, die vero lunae prima mensis augusti, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providentia papae XII anno sexto. Illustrissimus et reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Ioannes Bragadenus, Dei et sanctae apostolicae sedis gratia episcopus veronensis, comes et cetera, sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia papae XII praelatus domesticus et assistens et cetera, statutas ecclesiarum parochialium Vallis Pantenae suae diaecesis visitationes, litteris et generali edicto intimatas, hac die incipere volens, praemissis iam duobus ex admodum reverendis patribus strictioris observantiae sancti Francisci, qui missionis officio fungentes verbo et exemplo populorum animos ad tantum munus digne recipiendum parent et instruant, hora nona cum dimidia relicto palatio suo factaque humilibus precibus adoratione sanctissimi Sacramenti in cathedrali sua, Verona discessit et, rheda vectus, sua familia associatus, Poianum versus iter direxit. Extra portam [1^v] Episcopi obvios habuit viginti quatuor Poiani viros equitantes, a quibus tubarum clangoribus prius salutatus multa reverentia exceptus, ad locum Poiani ducitur. Non multos post passus occurrentem habuit reverendum dominum Valentinum Masetti, rectorem eiusdem ecclesiae parochialis Poiani, a quo praestitis prius letitiae et plurimi obsequii argumentis, pariter associatus. Ad medium iter alia hominum manus occurrit et, frequenti bellicorum tormentorum explosione, usque ad parochialem domum praecedit, a qua non multum distans obvium pariter clerum et populum habuit. Tandem ad domum parochialem pervenit, in qua parum morae fecit. Exceptus autem sub baldachino, a quatuor praesbyteris in cotis gestato in egressu domus parochialis, crucem a reverendo rectore porrectam osculatur; inde, processionaliter praeunte populo et clero psalmum *Benedictus* decantante, ad ecclesiam procedens, in limine portae maioris aquae benedictae [2] [A margine: POGIANO] aspersionem fecit et thurificationis honore a reverendo rectore pluviali induto recepto, inter tubarum clangores solemniter ecclesiam, sub titulo Sancti Petri, ingreditur. Ante sanctissimum Sacramentum humiliter oravit; interim decantatis a rectore et clero solitis decandandis, altare ascendit et, recitata oratione titularis, populo ibi genuflexo benedixit et indulgentiam suam episcopalem impartitus est, de suo mandato publicatam. Tronum inde, in cornu evangelii paratum, conscendit et, pontificalibus violacei coloris indutus, oravit pro defunctis in ecclesia et coemeterio. Depositis violaceis sumptisque albis indumentis, praemissa adoratione, hymno consueto et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, servatum in tabernaculo ligneo auro linito et in pixide, quoad cupam argenteam, in pede vero et cooperculo cuprea. Lampas manutenetur a reverendo rectore, qui etiam providet de ceris pro quotidiana celebratione ad [2^v] hoc altare; in reliquis providetur a societate sanctissimi Sacramenti, una cum societate beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii et ex piorum eleemosynis, cum societates habeant paucos redditus ducatorum viginti circiter. Animae a communione sunt 513, in totum vero 800; nullus – Deo dante – inconfessus. Renovatur debitis temporibus Sacramentum et communicatis in Paschate distribuuntur schedae. Publicantur indulgentiae concessae associantibus sanctissimum Sacramentum ad infirmos. Extant necessaria pro decora associatione Sanctissimi ad infirmos et pro hebdomada maiori, quae vidit prout etiam pro sanctissimi Sacramenti expositione ostensorium argenteum radiatum. Data benedictione cum eodem Sacramento eoque per reverendum rectorem reposito, praeparationem missae fecit et celebravit. Inde paterno affectu et zelo sanctissimo Eucharistiae sacramento propriis manibus quamplures utriusque sexus christifideles refecit. Actisque demum gratiis, ad [3] parochiales aedes se recepit, quieti se tradidit et prandium sumpsit. Die anredicta prima augusti 1735 a prandio. Sub baldachino a quatuor praesbyteris gestato exceptus inter tubarum clangorem, ad ecclesiam petit et, facta humili oratione ante Sacramentum, visitavit olea sancta, in loculo ad hoc in cornu evangelii extracto et in vasis stamneis sub ostiolo ligneo sera et clavi tute custodita. Visitavit fontem baptismalem, in capelula in calce ecclesiae a cornu evangelii sita erectum, rastris ligneis clausa et sera munita illumque bene tentum invenit. Vidit tria confessionalia bona forma confecta et aliud admovibile, cum sola crate decenti tamen in loco. Cratem aliam vidit fixam rastris capellae fontis baptismalis, qua pro confessionali certis temporibus utitur, quam suspendit et interdixit mandavitque illam removeri eaque amplius non uti. [3^v] Visitavit altare maius non consecratum sed cum portatile, est ex ligno cum choro retro confectum. Manutenetur de lampade et ceris pro celebratione a reverendo paroco; in reliquis vero a societatibus sanctissimi Sacramenti et sanctissimi Rosarii ac piorum eleemosynis, ut supra dictum est. Nullum habetur beneficium, seu capellania et est bene tentum. Altare marmoreum sanctissimi Rosarii, non consecratum sed cum portatili, in capella a cornu evangelii stucchis ornata cum statua eiusdem beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii erectum. Hic adest societas Ssantissimi Rosarii, quae illud manutenet et gaudet participatione indulgentiarum archiconfraternitati concessarum ut pote eidem archiconfraternitati aggregata, cum bulla sub dato Bononiae die 28 septembris 1622. Nullum extat beneficium seu capellania, sed celebratur ex devotione. Altare sancti Pancratii stucchis ornatum, non

consecratum sed cum portatili cumque icone celebris picturae Pauli veronensis; est de ratione ecclesiae, sed [4] manutenetur piorum eleaemosynis. Nullum habet beneficium seu cappellanium, sed manutenetur ut supra et ibi celebratur ex devotione. Icon huius altaris rapresentat divum Pancratium, divum Cristophorum et sanctam Apolloniam. Visitavit sacristiam et sacras suppellectiles, calices, patenas, paramenta et caetera necessaria tum ad ornatum, tum ad sacrum faciendum aliaque divina officia peragenda. Vidit totam ecclesiam, parietes, tectum, pavementum, in quo extat sugestum ubi concionatur tempore Quadragesimae per electum a reverendo paroco, de licentia tamen et cum benedictione episcopali. Vidit etiam coemeterium et, factis ordinationibus ut in fine, reversus domum quieti paulisper indulsit. Postea idem illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus personaliter praeuntibus nonnullis viris, inter frequentes sclopporum explosione,s ad visitanda infrascripta oratoria perexit et [4^v] [a margine: Santissima Concezione] visitavit oratorium Conceptionis beatae Mariae Virginis, infra limites Sancti Stephani extra moenia, de ratione domini Ioannis Mariae Pezzoli, a quo manutenetur. Unicum extat altare ligneum cum icone et portatili in quo celebratur ex devotione eiusdem domini Pezzoli, nulla existente officiatura seu onere missarum. Hoc oratorium est bene tentum et decore picturis et coriis ornatum, prout etiam altare honorifice provisum. Retro altare vidit sacristiam de omnibus ad sacrum faciendum provisam. Vidit et notavit duas speculas, a lateribus altaris erectas super sacristiam. Ordinata. Firmetur portatile altaris et obturentur rimulae – provideatur tabella praeparatoria – doceat praedictus dominus Ioannes Maria Pezzoli qua facultate praefatas speculas erexerit. Quibus habitis et cetera. Visitavit oratorium Sancti Leonardi infra limites Sancti Stephani extra moenia, de ratione nobilis domini marchionis [5] Horatii de Sacramosio, a quo de omnibus mantenetur. [A margine: San Leonardo] Unicum habetur altare marmoreum cum portatili. Extat onus missae quotidianae ex legato quondam domini Ioannis Pauli Lonardi, huiusmodi oratorii fundatoris, quod adimpletur per reverendum Antonium Salvagno, stipe ducatorum nonaginta in singulos annos tradita a praedicto nobili domino marchione Horatio. Est decore tantum et provisum. Vidit sacristiam retro altare constructam, cum sacris suppellectilibus ad sacrum faciendum necessariis, de quibus est abundanter provisum. Vidit duas speculas a lateribus altaris in ecclesiam respicientes super sacristiam apertas, pro quibus assertum fuit extare indultum apostolicum ad favorem dicti nobilis Horatii et primogenitorum in perpetuum. Ordinata. Doceatur de dicto indulto apostolico. Quibus habitis et cetera, reversus ad aedes parochiales pernoverat. [5^v] Die martis 2 augusti 1735. [A margine: San Luca] Illustrissimus dominus vicarius visitationis summo mane surgens rheda vehitur ad oratorium Sancti Lucae, infra limites Sancti Stephani extra moenia, de ratione excellentissimi artium et medicinae doctoris domini Iosephi Maria Luchi, a quo manutenetur de omnibus. A dicto excellenti domino doctore reverenter exceptus, visitavit oratorium ipsum et unicum altare, non consecratum sed cum portatili. Est dotatum annuo redditu ducatorum novem, impendendorum pro manutentione et, si quid superest, in tot missarum celebratione, prout liquet ex instrumento in actis domini Philippi Zanfilippi de Parentibus diei 30 septembris 1695; coeterum celebratur ex devotione. Habetur indulgentia plenaria, concessa die prima aprilis 1732 ad septennium visitantibus hoc oratorium dominica infra octavam eiusdem sancti Lucae. Intus super ianuam in marmore sculpta habetur haec memoria: [6] *Deo Optimo Maximo Divo Sancto Lucae et Georgio hoc sacellum Petri Leoni Episcopi mandato IV octobris MDCVC benedictum a Ioanne Francisco Barbadico Episcopo III Iunii MDCC Visitatum*. Familia de Luchis P. Vidit sacristiam contiguam a cornu evangelii et sacras suppellectiles ac necessaria pro sacro faciendo et invenit sufficienter provisam ac bene tentam, prout totum oratorium. Quibus habitis et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus praesul, sub baldachino exceptus, ad ecclesiam perexit et, praeparatione facta, sacrosanctum missae sacrificium absolvit, eucaristicum panem quampluribus utriusque sexus christifidelibus propriis manibus paterne distribuit. Inde post parum morae et interim, consuetis signis [6^v] populo convocato, sancto ac perutili doctrinae christianae operi paterna sollicitudine vacavit, diligenter interrogare favendo per suum visitationis vicarium ac reverendum rectorem, maxime de necessariis ad salutem et, cum interrogatos bene instructos invenerit, rectorem comendavit ac Deo gratias reddidit, omnes in Domino hortatus ut tantum tamquam salubre opus numquam deserant, sed omni sollicitudine frequentent et collant. Subinde sacramentum confirmationis ministravit, quamplures utriusque sexus fideles in fronte ungendo ac in militia Christi roborando. His peractis, ad parochiales aedes reversus est, quieti indulsit et prandium sumpsit. Die antedicta 12 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus praesul confluenti utriusque sexus populo iterum sacramentum Confirmationis ministravit illosque in veros Christi milites in fronte ungendo corboravit. [7] Inde in parochialibus aedibus pro tribunali sedit una cum suo visitationis vicario, visitationis negotiis operam navans et vocatus reverendus rector illico deosculata veste, libros parochiales, videlicet baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum, quos diligenter inspexit et bene confectos et tentos invenit. Ostendit bullas apostolicas sub datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis dominicae

die 2 Iunii 1733. Interrogatus respondit nuncupari Valentinum Masetti, eius parochialem esse sub invocatione Sancti Petri Apostoli, non consecratam eamque per concursum obtinuisse et esse capellam dependentem a plebe Sancti Zenonis in Castro Veronae, a qua praestatur provisio et dixit habere redditus et gravamina prout in pollicea praesentata una cum reliquis, parendo et cetera, repositis in fine huius libri sub littera A. Subiacet vicariae foraneae Gretianae, [7^v] super qua subiectione presentavit supplicationem, in scriptis in fine huius visitationis cum decreto registratam. Inde de suo populo et clero diligenter perquisitus, de utroque optime retulit et nihil de quo indoleat habere dixit. Dimisso rectore, comparuerunt reverendus dominus Antonius Salvagno, sacerdos aetatis annorum 70, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis, cum suis mandatis ordinum et confessionis usque ab anno 1713. Reverendus dominus Christophorus Fraccaroli, sacerdos aetatis annorum 82, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis, cum mandatis ordinum et confessionis usque a 50 circiter annis. Reverendus dominus Antonius Coppi, sacerdos aetatis annorum 48, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis, cum mandatis ordinum et confessionis a 20 circiter annis. [8] Reverendus dominus Ioannes Salvagno, sacerdos aetatis annorum 33, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis, cum mandatis ordinum; nondum habuit mandatum confessionis. Reverendus dominus Ioannes Tubini, sacerdos aetatis annorum 26, cum mandatis suorum ordinum usque adhuc sine mandato confessionis; inservit ecclesiae Quinti ratione officiatorum. Venerabilis clericus Ioseph Brunelli, in minoribus constitutus, aetatis annorum 21, cum mandatis suorum ordinum. Venerabilis clericus Dominicus Chiamenti, in primis duobus minoribus constitutus, aetatis annorum 21 circiter, cum praesentatione mandati suorum ordinum. Praemissa admonitione et paterna hortatione de religiosa exemplarique vita magis magisque in dies ducenda, dimissi omnes fuerunt, exceptis reverendo domino Antonio Salvagno et reverendo Christoforo Fraccaroli, [8^v] a quibus informationem voluit de vita, moribus et munere rectoris ac cleri nec non de populo et de omnibus bene ac laudabiliter retulerunt. His pariter dimissis, comparuerunt vocati maiores communitatis, scilicet Sanctus Castellan massarius, Iacobus Grego consiliarius, Ioannes Sancassan et Silvester Rudari qui, praestitis obsequii signis, amoniti de veritate dicenda, interrogati fuerunt de vigilantia, vita et moribus reverendi rectoris, de vita et moribus cleri et etiam de populo et fassi sunt omnes se recte gerere et laudabiliter de omnibus retulerunt. Porro praemissa pastoralis coortatione, dimissi fuere cum benedictione. Illustrissimus et reverendissimus praesul suas in aedes se recepit. Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis, a reverendo paroco et aliis associatus, se contulit ad visitationem simplicis ecclesiae seu oratorii secus Prognum beatae Mariae Virginis appellatae *dell'Altaror*, infra limites Pogiani, de ratione ecclesiae parochialis, [9] quae ecclesia manutinetur piorum eleemosynis, cum nullos habeat redditus. [A margine: Beata Vergine Maria dell'Altaro] Unicum in eo extat altare marmoreum, cum portatili et imagine in muro depicta multae devotionis et concursus, marmoribus circum ornata; hic celebratur frequenter ex devotione, nullis existentibus missarum oneribus. Multa vidit pendere vota ex gratiis receptis. Retro altare vidit sacristiam et apparamenta pro sacro faciendo albi et rubri coloris, cum unico calice. Prope sacristiam habetur domus eremitica, quam inhabitat Antonius Scandolari, induens habitum tertii ordinis sancti Augustini, sine tamen licentia episcopali, quam reverenter petiit et, cum ex attestatione reverendi parochi constiterit de eius bona vita et moribus, ad sex menses concessa fuit. Extat sepulcrum reverendi domini Antonii Salvagno pro se tantum tamquam benemerentis de huiusmodi ecclesiae [9^v] erectione. Prope hoc oratorium habetur coemeterium tempore pestis erectum, in quo de raro tamen sepeliuntur cadavera hominum Pogiani. Oratorium est bene tentum. Recitavit litanias beatae Mariae Virginis et oravit pro defunctis. Quibus habitis et cetera. Die mercurii 3 augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus ecclesiam parochialem petiit et, facta adoratione Sacramenti, praeparationem emisit pro celebratione missae; celebravit et aliquot christifidelibus utriusque sexus angelicum Panem distribuit. Facta gratiarum actione, aliquot utriusque sexus fideles sacro Crismate in fronte ungendo confirmavit. Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis examen habuit obstetricium circa formam baptismatis in casu necessitatis conferendi; cui examine se subiecerunt Bernardina Fasola, annorum 65 circiter et Pascha Barani, annorum 50 circiter et bene instructas invenit. [10] Tandem visitavit domum parochialem. Quibus peractis factisque infrascriptis ordinationibus praevia recitatione psalmi *Deprofundis*, illustrissimus et reverendissimus praesul suam visitationem parochialis Pogiani absolvit et ad solitas aedes reversus prandium sumpsit. Huius populi letitiae ac obsequii argumenta plurima fuere erga sui pastoris meritum et labores honoratus enim fuit nocturno tempore tubarum clangoribus, ut artefactis ignibus, singulis vero diebus armonico campanarum sonitu et frequenti tubarum clangore, seu functiones egerit seu iter fecerit seu mensae sederit nec non tormentorum bellicorum explosionibus repetitis, parata semper extante non exigua hominum manu servitii et honoris gratia. Ordinata pro parochiali. Quando contigit deferri sanctissimum Sacramentum ad infirmos, detur opportune signum populo ad illum convocandum pro decentiori associatione – tabernaculum altaris maioris

circumvestiatur panno [10^v] - altare maius provideatur de crucifixo saltem ex auricalco – ianua ducens a coquina ad chorum ecclesiae muro obturetur eaque minime utatur – in sacristia provideatur labellum pro aqua benedicta ad usum celebrantium – in eadem sacristia parochiali fiat fons pro abluendis manibus sacerdotum cum suis manutergiis – scamna in ecclesia parochiali collocata impediencia accessum ad fontem baptismalem et ad altaria illinc removeantur aliisque in locis collocentur, in quibus ecclesia non impediatur ita ut in sacris functionibus ecclesiasticis et divinis officiis semper libera et expedita existat – ordinata ultimae visitationis quae adimplenda supersunt adimpleantur quancitissime – conficiatur liber pro registrandis missis singulis diebus celebratis. Decretum. Super instantia et supplicatione sequentis tenoris a [11] reverendo domino rectore Pogiani praesentata, illustrissimus ac reverendissimus praesul decrevit ut infra, videlicet. Excellentissime ac reverendissime praesul (praesentata in visitatione Poiani die 2 augusti 1735 per infrascriptum reverendum rectorem instantem et cetera). Cum attente pluries animo revolverim ea quae ad animarum salutem mihi subiectarum sunt necessaria, certissimum inveni me cum caeteris sacerdotibus meis diu a mea parochiali ecclesia abesse non posse sine earum periculo, quod evenit toties quoties congregationibus interesse debeat, quae fiunt Gretianae, Alcenagi et Romaniani, cum in hyberno itinere congregationis causa aliquando plus quam diem intrigram consumere neccessum foret, quod maxime obnoxium esset animabus meae curae commissis. Quam ob rem, re bene perspecta, in visitatione parochialis ecclesiae istius humiliter exoro ac deprecor simplex benignissimam clementiam excellentiae vestrae reverendissimae ut huic malo sua [11^v] pontificali auctoritate consulere dignetur. Interim valeat ad multos annos, ad maiorem Dei gloriam. In aedibus parochialibus Poiani, die secunda augusti anni millesimi septingentesimi trigesimi quinti. Humillimus obstrictissimus ac obsequentissimus famulus subditus Valentinus Masetti, Poiani rector. Die 3 augusti 1735. Illustrissimus ac reverendissimus dominus dominus episcopus veronensis, comes et cetera, visa et mature perpensa supplicatione antescripta sibi a reverendo domino Valentino Masetti rectore Poiani reverenter praesentata, illam admisit si et in quantum et cetera et, attenta longitudine ac difficultate itineris, maxime hyberno tempore, ad loca ubi congregationes rurales habentur, ex quo multoties suo pastore ac sacerdotibus ecclesia destituitur, quod in animarum praeiudicium cedere potest et attento sufficienti numero quinque sacerdotum et duorum clericorum in praesentiarum huiusmodi ecclesiae addictorum, supplicationibus reverendi Masetti praedicti favorabiliter [12] annuendo ex praemissis iustis et rationabilibus causis, reverendum dominum Valentinum Masetti supplicantem a subiectione vicariae foraneae Gretianae cum suo clero dispensavit et liberavit eumdemque in vicarium suum foraneum ipsiusmet suae ecclesiae cum subiectione suorum sacerdotum et clericorum ac cum honoribus et oneribus consuetis elegerit et deputavit et ita et cetera, omni et cetera.

[A margine: QUINTO] Die mercurii 3 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus ac reverendissimus praesul, prandio sumpto factaque mora, Poianum reliquit et sua rheda vectus ad locum Quinti iter direxit. Tubis et manu hominum equitantium et alia pedibus praeceuntium, inter scloporum frequentes explosiones et tubarum clangores, usque ad confinia undique populo concurrente pro benedictione comitatus fuit; ubi a reverendo rectore Poiani associante plurimo obsequio adhuc deveneratus est et quam maximas pro tanto beneficio et amore gratias reddidit [12^v] itemque plurima explosione salutatus fuit et, benedictione recepta, homines Poiani recesserunt. Illustrissimus obvium habuit reverendum dominum Sanctum Filippi, rectorem parochialis ecclesiae Sancti Ioannis Baptistae de Quinto, a quo et scelecta hominum manu plurimo obsequio exceptus, inter tubarum clangores et scloporum frequentes explosiones, ad aedes parochiales ductus fuit. Non longe ab ecclesia occurrunt processionaliter pueri et puellae ac utriusque sexus populus, pias laudes doctrinae christianae decantantes. E rheda descensus, illustrissimus ac reverendissimus praesul, pedester praeceunte populo et clero, processionaliter ad aedes parochiales progressus est, in quibus aliquantulum quievit. Inde, dimisso habitu violaceo viatorio et longioribus indutus, sub baldachino a quatuor selectis hominibus loci gestato exceptus fuit et in egressu domus parochiali[bu]s sibi crucem a reverendo rectore pluviali induto oblatam deosculatus est; inde processionaliter cum cantico *Benedictus* ad parochialem ecclesiam [13] perexit. Stans ante ianuam maiorem, recepto a rectore aspersorio, aqua benedicta populum aspersit et ab ipso reverendo rectore trina thurificatione honoratus fuit. Solemniter postea ecclesiam ingressus, ante altare maius genuflexus pias preces fudit, dum a clero solitae antiphonae et versiculi decantarentur; quibus finitis, altare ascendit, titularis orationem recitavit populoque benedixit ac suam episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. Ad tronum a cornu evangelii erectum venit, ubi sacris apparamentis violacei coloris vestitus fuit et (honoratus prius recitatione poeticae compositionis vulgo *sonetto* typis traditae) consueto ritu oravit pro defunctis in ecclesia et coemeterio, quod visitavit et ut infra ordinavit, videlicet. Ordinata. Muri coemeterii restaurentur et circumundique aliquantulum eleventur - [13^v] versus domum seu furnum claudatur sepibus ita ut separetur coemeterium a via – crania inhumata sepellantur et

herbae reciduntur toties quoties succrescunt et inibi comburantur. Sacris autem indumentis albis receptis, solitis praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in tabernaculo ligneo inaurato et in pixide in cuppa argentea inaurata, in pede vero et operculo cuprea, sub ostiolo sera et clavi argentea tute servatum. Interrogatus reverendus rector, respondit debitum temporibus renovari Sacramentum, opportuna extare pro decenti associatione Sanctissimi ad infirmos, quae ostendit; nullum habere – Deo dante – inconfessum; animas habere a communione 174, in totum 234; fieri processionem singulis annis cum Sacramento die Corporis Christi; de lampade parochum manutenere, de cereis vero societatem sanctissimi Sacramenti cum communitate. [14] Inde iterum Sacramento adorato cum solito hymno et thurificatione, populo benedixit et per reverendum rectorem repositum fuit. Visitavit olea sancta, in vasis stanneis et in loculo a cornu epistolae altaris maioris, ob nimiam humiditatem sub ostiolo ligneo, sera et clavi tute servata. Recipiuntur a plebe Gretianae, cuius est filialis eique inservit die sabbathi sancti. Visitavit fontem baptismalem, erectum in decenti capella a cornu epistolae, ferme in calce ecclesiae sub rastris ligneis et clavi tute custoditum. Vidit confessionalia, bene tenta. Visitavit altare maius ligneum cum retrochoro, non consecratum sed cum portatili, dicatum divo Ioanni Baptistae, ecclesiae titulari. Extat in choro icona antiqua; manutenetur de omnibus a societate sanctissimi Sacramenti hic erecta, una cum communitate et societate sanctissimi Rosarii. Nulli sunt redditus neque onera missarum. [14^v] Altare sanctissimi Rosarii ligneum cum portatili, erectum in decenti cappella a cornu evangelii, cum statua lignea beatae Mariae Virginis et a lateribus cum statu sancti Antonii abbatis et sancti Sebastiani. Nullos habet redditus, sed manutenetur piorum eleemosynis a societate sanctissimi Rosarii, hic erecta cum bulla sub datum Romae in conventu Sanctae Mariae supra Minervam die 30 iulii 1638, ostensa, vi cuius gaudet societas indulgentiis et privilegiis aliisque spiritualibus gratiis. Habetur onus missarum viginti quolibet anno, ex legato quondam Rursini et satisfit. Ordinata. Provideatur de tela cerata – elevetur et firmetur portatile in mensa. Altare sancti Hieronymi ligneum cum portatile, de ratione nobilium de Malfattis, a quibus manutenetur; extat icona celebris picturae Pauli Farinati, rapraesentans sanctum Hieronymum meditantem, sanctum Bartholomaeum et sanctam Paulam; nulla habetur obligatio [15] missarum, sed tantum in eo celebratur ex devotione. His peractis, in aedes parochiales se recepit, quieti se tradidit et incoenatus pernoctavit. Die iovis 4 augusti 1735. Convocato populo consuetis signis, illustrissimus ac reverendissimus praesul inter tubarum clangores frequentesque tormentorum bellicorum explosiones, sub baldachino ut antea gestato exceptus, ecclesiam parochialem petiit et, facta humili praeparatione, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Actis inde gratiis, propriis manibus paterno amore utriusque sexus fidelibus eucharisticum Panem ministravit concurrentemque utriusque sexus populum in Christi fide sacro Chrismate roboravit. Porro sanctae doctrinae christianae operi pastoralis zelo vacavit expertusque est per diligens examen qualis sit cultus, ordo et frequentia et quomodo populus edoctus sit et, multa eius laetitia, optime edoctum invenit comendavitque parochi diligentiam in tam proficuo [15^v] exercitio habendo populique amorem in illud colendo, hortando enixe omnes ut pro aeterna eorum salute totum studium ac curam in illo magis magisque in dies ponant. [A margine: Beata Vergine Maria di Loreto] Illustrissimus dominus vicarius visitationis, dum ab illustrissimo et reverendissimo antistite praemissa agerentur, visitavit publicum oratorium Beatae Virginis Mariae Lauretanae, super viam publicam cum unica ianua, infra limites parochialis ecclesiae de Quinto erectum, de ratione domini Hieronymi Priame de Cavalieriis, a quo de omnibus honorifice manutenetur. Fundator fuit excellentissimus utriusque doctor dominus Gaspar Priame, ex cuius legato celebratur per sacerdotem electum (qui modo est reverendus dominus Ioannes Tubini, sacerdos de Poiano) a dicto domino Hieronymo, stipe tradita ducatorum triginta in anno, singulis diebus festis. Unicum habetur altare marmoreum cum portatile et icone pariter marmoribus circumornato. In arca super ipsum altare collocata, ex ligno nigro [16] colore depicto et auro linito, ut unico anteriori crystallo confecta, vidit sacras Christi martyrum reliquias, videlicet sanctorum Firmi, Simpliciae, Silvestri, Mansueti et Rogati, quae bene clausas, sigillatas ac suis documentis in actis episcopalis huius curiae veronensis, quibus et cetera inventas deveneratus est et approbavit. Retro altare servantur sacrae suppellectiles tam ad ornatum quam ad sacrum faciendum, quas visitavit et de omnibus optime et honorifice provisum esse reperiit a pietate eiusdem patroni, quam plurimum in Domino comendavit. Ordinata. Provideatur de bireto sacerdotali et de veste talari nigra, vulgo *finta*. Quibus habitis, missam celebravit et ad ecclesiam parochialem sese contulit. Adhuc illustrissimo et reverendissimo praesule suis in functionibus permanente, idem illustrissimus dominus vicarius visitationis visitavit sacristiam mediam inter ecclesiam et [16^v] domum parochiales, sacras suppellectiles et vasa sacra caeteraque opportuna pro sacris functionibus et sufficienter provisa invenit. Ibi vidit sacram reliquiam de ligno sanctae Crucis Domini nostri Iesu Christi, in reliquiario argenteo ad istar ostensorii repositam, litteris nuncii Baccarii episcopi Boianensis almae Urbis, vices gerentis, diei prima

septembris 1730, quibus reverendo domino Sancto Filippi rectori huius ecclesiae donata fuit, munitam et in hac curia episcopali Veronae die 30 aprilis 1731 recognitam, quam modo hac in ecclesia exponit et, cum intactam et vitio ac suspicionem carentem reperuerit, approbavit. Porro ordinavit ut infra. *Ordinata*. Sacrae suppellectiles et paramenta indigentia sarciantur – missalia restaurentur et de missis novissimis provideantur – provideatur de missali mortuorum – provideatur de velo superhumerali albi coloris – provideatur de uno saltem superpelliceo – adimpleantur ordinationes ultimae visitationis [17] adhuc non adimpletae – conficiatur liber pro registrandis missis in hac ecclesia celebratis. Vidit totam ecclesiam et ibi suggestum in quo concionatur tempore quadragesimali per electum ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo, non solum in hac ecclesia parochiali verum etiam in parochiali Sanctae Mariae in Stellis, cui concio est adnexa. Vidit domum parochialem, quam inhabitat reverendus rector cum eius matre et sorore. Inde coram illustrissimo et reverendissimo domino episcopo, una cum illustrissimo domino vicario visitationis in aedibus parochialibus pro tribunali sedente, comparuit reverendus dominus Sanctus Filippi, rector huius ecclesiae et, debitis praemissis obsequiis, praesentavit bullas huiusmodi beneficii, a cancellaria episcopali Veronae emanatas die 13 augusti 1729; praesentavit etiam polliceas iuxta edictum pastorale, in fine huius libri repositas sub littera **B**. [17^v] Praesentavit libros parochiales, scilicet baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum, quos bene confectos et tentos invenit. Interrogatus respondit huiusmodi ecclesiam esse sub invocatione Sancti Ioannis Baptistae et nescire esse consecratam; nullus enim dies consecrationis colitur; nullum habere inconfessum, publicum peccatorem, suspectum de haeresi nihilque de quo circa eius populum indoleat, sed de omnibus bene retulit; solum habere separationem matrimonii inter dominum Ioannem Antonium Dialta (commorantem partim sub hac parochia partim Veronae sub Sanctissima Trinitate) et dominam Helenam Furiani, modo commorantem Veronae sub Sancto Zenone in Oratorio cum matre et reverendo domino Andrea Furiani, eius fratre. Vocatus dictus dominus Ioannes Antonius Dielta dixit huiusmodi separationem a se non procedere, immo uxorem suam requisivisse sed frustra et instare pro unione. [18] Comparuit reverendus Ioannes Baptista Masotti, sacerdos annorum 40 circiter, promotus ad titulum patrimonii in bonis et cetera; huic ecclesiae inservit et est confessarius a die 16 maii 1725 et ostendit sua mandata. Comparuit Alda Voltolina, alevatrix annorum 60 circiter, quae examinata de administratione baptismi in casu necessitatis, bene instructa inventa fuit. Comparuerunt Paulus Vesentini massarius, Iacobus Fenzi consiliarius, Bartholomaeus Fenzi, Bartholomaeus Voltolini, Antonius Masotto et Marcus Antonius Anechini et interrogati de vita, moribus et diligentia in suo munere reverendi rectoris, bene et laudabiliter retulerunt, item bona dederunt de sacerdotibus et populo. Quibus dimissis, iterum ad ecclesiam se contulit et sacramentum Confirmationis nonnullis utriusque sexus christifidelibus ministravit et cum recitatione psalmi *De Profundis* pastorem suam visitationem clausit. [18^v] Ad aedes parochiales inter frequentes explosiones et tubarum clangores restitutus, prandium sumpsit et quievit. Die iovis 4 mensis augusti 1735 post prandium. Sumpto prandio, postquam parumper quieti indulserit, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus praesul suam ascendit rhedam, Quintum dimisit et Gretianam versus iter direxit. Usque ad confinia comitatus fuit a rusticana militia Quinti, cum frequenti scloporum explosione et tubarum clangoribus et <cum> admodum reverendo domino Sancto Filippi paroco, qui vero plurimo obsequio gratias egit illustrissimo et reverendissimo episcopo pro suae pastoralis visitationis collato munere, quibus benedixit; illisque recedentibus, illico occurrit copiosa manus hominum Gretianae, tubarum clangoribus, multa explosione et magna laetitia suam illustrissimam et reverendissimam dominationem excipiens et, ad Gretianam ducens suo in itinere per medium Marzanae transiens, affluenti populo genuflexo ac eiusdem reverendo paroco, manum deosculanti et [19] plurimum dominationem suam illustrissimam et reverendissimam deveneranti, benedixit. Ad palatium nobilium dominorum comitum de Alegris perventus, obvium habuit admodum reverendum dominum Ioannem Iacobum Spata, archipresbyterum plebanae ecclesiae Sanctae Mariae Elisabeth de Gretiana, stola et cotta indutum cum eius clero et populo processionaliter ordinato et laudes doctrinae christianae decantante, a quo cum multa deveneratione receptus et processionaliter praecedente, ducitur ad aedes parochiales; ubi angustam invenit paratam celam: humanissime contentus, ibi suam fixit mansionem, dimissa eius familia, alibi colligendam ob angustiam domus et incenatus pernoctavit. [A margine: GREZZANA] Die veneris 5 augusti 1735. Summo mane illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, evigilans, dispositis omnibus, ad parochialem ecclesiam Sanctae Mariae Elisabeth Gretianae suam acturus visitationem se contulit. Itaque tubarum clangoribus tormentorumque bellicorum explosionibus honoratus, sub baldcahino a sex selectis viris gestato receptus [19^v] et, deosculata cruce in egressu domus, ab antedicto admodum reverendo archipresbytero antedicto oblata, processionaliter de more cantico *Benedictus* decantato, ad ecclesiam venit, in cuius limine sistens ab eodem domino archipresbytero pluviali induto et aspergillum, quo genuflexum

populum aspersit, et thurificationis honorem recepit. Ingressa solemniter ecclesia, ante altare maius genuflexus in faldistorio sibi parato pias preces Deo optimo maximo fudit. Interim, consueta decantata fuere; quibus absolutis, altare ascendit ac, recitata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. Subinde paratum sibi tronium a cornu evangelii ascendit ubi, indutus pontificalibus violacei coloris, in ecclesia pro defunctis exequias incepit easque in coemeterio prosequutus est et tandem in ecclesia absolvit. Porro, depositis pontificalibus violaceis sumptisque [20] albis, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in tabernaculo marmoreo et pixide argentea bene et tute sub clavi custoditum. Ex factis perquisitionibus, cognovit animas sub hac cura a confessione numerari 450, in totum vero 670 neminemque – Deo dante – extare inconfessum. Lampadem nocte dieque manuteneri accensam expensis domini archipresbyteri, altare vero maius de cereis provideri a communitate; in reliquis vero manuteneri a societate sanctissimi Sacramenti hic erecta, a qua societate suppeditantur etiam intortitia pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. Sacramentum debitis temporibus renovari sacrasque suppellectiles necessarias ceteraque opportuna extare pro decora eiusdem delatione ad infirmos. Antequam sanctissimum Sacramentum reponeretur, illo populo benedixit eodemque quamplures utriusque sexus [20^v] christifideles suis manibus paterno amore cibavit. Praemissa vero devota praeparatione, sacrosanctum missae sacrificium peregit ac iterum pio populo sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit actisque Deo optimo maximo gratis, in edes parochiales sese recepit et tantisper quieti indulsit. Ad ecclesiam reversus, suam prosequendo visitationem visitavit olea sancta, in vasculis argenteis et in loculo ad hoc decenter extracto a cornu evangelii altaris maioris tute sub ostiolo ferreo et clavi custodita vidit. Quoque alia vascula stamnea cum capsula nucis, quae Veronam mittuntur ad olea quolibet anno recenter consecrata recipienda pro hac plebe suisque filiabus. Fontem baptismatis, erectum in capellula a latere evangelii in calce ecclesiae sub rastris ligneis custoditum et conopeo tectum. Altare maius, ex marmoribus constructum, cum portatili et tabernaculo; retro autem habet corum; [21] manuteneretur – ut dictum fuit – de cereis a communitate, in reliquis a societate sanctissimi Sacramenti ibi erecta. Assertum fuit nullum extare onus missarum. Altare sancti Martini, marmoreum cum icone et portatile, de iure patronatus huius communitatis, a qua et piorum eleemosynis manuteneretur; extat societas beatae Mariae Virginis a Cintura nec non officitura iuris patronatus praedictae communitatis, cuius capellanus est ad praesens reverendus dominus Antonius Pesenti, curatus Avesae, ab ipsa communitate electus, cui eadem officitura inservit pro medietate sui patrimonii et ipse correspondet tronos viginti duos impendendos in missis quatuor et ceris die sancti Martini et in aliis missis sex, quas reverendus dominus archipresbyter vel celebrat vel celebrare facit. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, ex marmoribus constitutum cum portatili et celebri icona, de iure ecclesiae, manutentum vero a societate sanctissimi Rosarii; hic celebratur [21^v] missa ex legato singulis diebus sabbathi, ut inferius dicitur. Altare Purificationis beatae Mariae Virginis quoque marmoreum, de ratione ecclesiae sed manutentum a societate sub eodem titulo Purificationis beatae Mariae Virginis; in eodem altari celebratur ex legato – ut dicitur – singulis feriis quartis; praedicta societas fruitur indulgentiis prout in diplomate pontificio Clementis X, dato Romae apud Sanctam Maria Maiorem die 15 novembris 1670, viso in hac cancellaria episcopali die 14 decembris eiusdem anni 1670. Altare ligneum, divo Bartholomaeo dicatum, cum portatili et icone, de ratione communitatis, a qua manuteneretur, ubi eadem communitas tamquam commissaria quondam Petri Zanella ex illius legato tenetur celebrare facere missam singulis diebus festis, cui oneri satisfacit reverendus dominus Ioannes Baptista Bomberi curatus, cum assignatione eidem domus et bonorum. Legatorum onera sunt infrascripta, scilicet: [22] ex legato Moriozena celebratur missa singulis diebus sabbathi, pro quo solvunt illi de Zatonis de Stellis singulis annis ducatos decem de grossis triginta uno. Ex legato Brusafarro celebratur missa singulis festis quartis, pro quo illi de Gasparis de Marciana solvunt ducatos quatuordecim de grossis triginta uno. Ex legato Bissoni celebrantur missae octo singulis annis, pro quo societas Purificationis solvit libras duodecim. Ex legato quondam Angelae Padovanae celebrantur missae duodecim, pro quo heredes Salvagni solvunt libras viginti duas, marculos quinque. Ex legato Barbieri celebrantur singulis annis missae viginti una, pro quo percipiuntur a societate sanctissimi Rosarii librae triginta una marculi decem. Ex legato Barbieri celebratur una missa die commemorationis omnium defunctorum pro <quo> excellens utriusque doctor dominus Blasius Ghedini veronensis solvit marculos triginta, una cum intortitio ponderis librarum trium, eadem die super [22^v] tumulo eiusdem testatoris accendendo. Ex legato Benella celebrantur missae quatuor cum erogatione trium minalium panis, quae adimplet dominus Franciscus Oliboni de Gretiana in vigilia sanctissimi Natalis, solvendo pro missis libras sex marculos decem. Visitavit confessionalia in ecclesia posita pro sacramentalibus confessionibus excipiendis; vidit totam ecclesiam, sufficientis capacitatis ac coemeterium contiguum, iacens a cornu epistolae. Vidit in ecclesia suggestum in quo quadragesimali

tempore concionatur per electum a sua illustrissima et reverendissima dominatione. Eadem ecclesia creditur tantum benedicta, cum nullum documentum, nullum signum ac nulla memoria extet de consecratione. Est dicata Sanctae Mariae Elisabeth et est plebs cum filiabus ecclesiis, quae sunt: ecclesia Sancti Clementis de Alcenago, ecclesia Sancti Andreae de Romagnano, ecclesia Sanctae Mariae in Stellis, ecclesia Sancti Ioanni Baptistae de Quinto, ecclesia Sancti Petri in Vincula de Azzago; quarum ecclesiarum rectores inserviunt suae matricis [23] et eiusdem admodum reverendo archipresbytero in sabbatho sancto, feria tertia rogationum et feria quinta festo sancti Corporis Christi et ab ipsa matrice singulis annis dictae filiales recipiunt olea sancta. Sacristiam vero sacrasque suppellectiles visitandas demandavit illustrissimo suo vicario visitationis et ipse, quadriga vectus, se ad infrascripta contuli oratoria. Qui illustrissimus dominus vicarius visitationis, sibi demandata adimplens: visitavit sacristiam prope ecclesiam a cornu evangelii erectam, dimidiatam ita ut duae potius vocari possint ibique visitavit sacra suppellectiles et vasa sacra, de quibus sufficienter provisum invenit. Vidit diploma aggregationis societatis sanctissimi Sacramenti archiconfraternitati almae Urbis sub datum Romae 1556 3 augusti sub nomine excellentissimi et reverendissimi Pii cardinalis de Carpo episcopi portuensis. Item vidit diploma aggregationis societatis cincturatorum archiconfraternitati[s] civitatis Bononiae sub datum [23^v] 17 augusti 1686. Quibus absolutis, in aedes parochiales sese recepit. Ordinata. Communicatis in Paschate distribuuntur schedae, quae subinde colligantur – fanale maius ad usum associandi sanctissimum Sacramentum ad infirmos vel de novo provideatur vel quod existit laudabiliter sarcitur – portatile altaris sanctissimi Rosarii firmetur in mensa et obturentur eiusdem rimulae – altare Purificationis beatae Mariae Virginis provideatur de baldachino quo integre mensa et sacerdos celebrans cooperiantur – altare sancti Bartholomaei claudatur a lateribus; eiusdem portatile cooperiatur tela cerata et providetur de baldachino quo undique mensa et sacerdos tegantur – sarciantur muri cemeterii prout indigent et in eiusdem lateribus erigantur cruces ferreae – conficiatur liber in sacristia servandus in quo de die in diem sacerdotes in hac ecclesia celebrantes sese describant - [24] sperae vitreae domus parochialis restaurentur nec non sarciantur muri ingressus in eadem domum – ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta diligenter adimpleantur. [A margine: Beata Vergine Maria in Cuzzano] Illustrissimus autem et reverendissimus dominus dominus episcopus visitavit publicum oratorium sub invocatione Beatae Virginis Mariae a monte Carmelo in ora Cuzzani, infra limites parochialis ecclesiae Gretianae, eliganti forma et structura erectum, de ratione nobilium dominorum comitum de Alegris veronensium, a quibus honorifice de omnibus manutinetur. Unicum in eo extat altare marmoreum cum portatili et effigie eiusdem beatae Mariae Virginis a Carmelo, ex marmore albo collustrato sculpta, in quo celebratur ter in hebdomada, diebus festis de praecepto, compraehensis ex obligatione perantiqua dictorum nobilium dominorum comitum, quas missas modo celebrat reverendus dominus Bartholomaeus Zanella, sacerdos de Gretiana, stipe percepta ab ipsis nobilibus dominis comitibus. Visitavit sacristiam sacrasque suppellectiles pro celebratione [24^v] missae ornatuque ecclesiae et abunde ac cum dovitiis provisum esse invenit. Non solum nihil ordinandum reperiit, immo laudabilis apparet nobilium dominorum comitum patronorum pietas; etenim hoc oratorium undequaque ornamentis nitet, integre porro est pictum vulgo *a fresco*, fornice superposito lateralibusque cornicibus marmoreis scamnisque nuceis ditatum. Quibus habitis et cetera. [A margine: Beata Vergine Maria de Miracoli] Visitavit ecclesiam seu oratorium publicum Beatae Mariae Virginis a Miraculis, non multis ab hinc annis a fundamentis erectum fidelium affluentibus eleemosynis et pietate concurrente nobilis domini comitis Ioannis Baptistae Bevilaqua Lazise, in cuius praedio infra limites parochialis Gretianae oratorium existit, debita obtenta episcopali licentia prout in actis huius curiae, quibus et cetera. Unum habetur altare marmoreum cum portatili et effigie beatae Mariae Virginis in eius ulnis puerum Iesum tenentis, [25] ex marmore vulgo *di Carrara* exculpta et decenter in arca marmorea servata, quae est multae devotionis et translata fuit ex capitello contiguo, una cum eleemosinis et oblatis votis in hoc oratorium, prout in actis praedictishuius curiae patet. Duo extant legata quondam dominae comitissae Margharitae Fortis, uxoris nobilis domini comitis Ioannis Baptistae Lazise, unum celebrandi in hoc oratorio singulis diebus festia de praecepto, cui satisfacit reverendus dominus Matthaeus Farinati, sacerdos de Alcenago et alterum pro capitali ducatorum duodecim assignatum pro manutentione cerae ad dictum altare. Cum nondum sit constructa sacristia, sacra apparamenta pro celebratione missae servantur retro altare, quae visitavit et satis esse provisum cognovit. Invigilat ad custodiam huius oratorii devotus eremita Hieronymus Preti, induens habitum eremiticum sancti Augustini in vicino loco inhabitans, qui ostendit [25^v] licentiam episcopalem cum facultate questuandi diei 23 iunii 1734, die 9 iulii 1735 ad sex menses confirmatum. Ordinata. Ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta diligenter adimpleantur. Quibus habitis et cetera. Porro ad suae mansionis aedes reversus, prandium sumpsit. Die veneris 5 augusti 1735 post prandium. Convocato de more populo, illustrissimus et reverendissimus praesul, honorifice concomitatus deveneratusque, in antedictam

parochialem ecclesiam Sanctae Mariae Elisabeth de Gretiana descendit, doctrinae christianae suam visitationem habiturus. Itaque per consuetas ceremonias ecclesiam ingressus, postquam pias Deo preces fuderit, in throno sedens diligenter perquisivit de tam necessario et proficuo opere, quo ordine scilicet qua frequentia et diligentia excollatur et iuxta sancitas regulas regi cognovit. Subinde quomodo edoctus sit populus per varias interrogationes de misteriis [26] fidei aliisque ad aeternam salutem comparandam necessariis pueros puellasque expertus est et bene instructos cum animi sui gaudio reperiit; enixe tamen in Domino omnes hortatus est ut tantum opus assidue omnique studio collant et frequentent, ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem. Nonnullis demum utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit iisque benedictis, ad suae mansionis aedes reversus est. Interim vero illustrissimus dominus vicarius visitationis ad infrascripta oratoria visitanda se contulit et visitavit: [a margine: San Michele] publicum oratorium sub invocatione Sancti Michaelis arcangeli in Torreggiana, infra limites parochialis ecclesiae Gretianae erectum, de ratione communitatis eiusdem loci; manutenetur tamen piorum eleemosinis et a societate eiusdem sancti Michaelis seu sanctae Mariae Consolatricis, antiquitus – ut fertur – ibi erecta, sed huius erectionis nullum documentum fuit ostensum neque capitula pro recto eiusdem gubernio [26^v] exhibita fuere. Dictum fuit extare quosdam redditus et onera; non fuit tamen de more praesentata pollicea. Dicta societas, ex brevi summi pontificis Innocentii XII sub datum Romae die 28 februarii 1605, viso in hac cancellaria episcopali die 20 iulii 1696; gaudet indulgentia plenaria aliisque spiritualibus gratis prout in dicto brevi, videlicet: pro huiusmodi confratribus est privilegiatum altare, quod unicum est in hoc oratorio, pro qualibet secunda feria ex brevi apostolico ad septennium dato die 22 maii 1732. Visitavit antedictum altare marmoreum cum portatili et icone, in quo singulis diebus festis ex devotione confratrum celebratur et modo est cappellanus reverendus dominus Georgius Veronesi, sacerdos de Alcenago; ex legato vero quondam Iacobi Zanella, celebratur singulis sextis feriis Quadragesimae per reverendum dominum archipresbyterum Gretianae. Visitavit sacristiam adnexam, a cornu evangelii [27] erectam et sacras suppellectiles ibi existentes, de quibus satis provisum invenit. Penes dictum oratorium inhabitat pro illius custodia devotus eremita frater Ioannes Castelli annorum 38, qui ex licentia episcopali diei 5 iulii 1735 induit habitum eremiticum tertii ordinis sancti Francisci; ex piorum eleemosynis ac suis laboribus vivit. Ordinata. Doceant confratres de erectione dictae societatis, exhibeant capitula et policeam reddituum ac annexorum. Quibus habitis et cetera. Visitavit publicum oratorium sub titulo Sancti Nicolai, infra limites parochialis Sanctae Mariae Elisabeth Gretianae, de iure domini Ioannis Marzanelli non multis ab hinc annis, anno scilicet 1718 erectum, ut assertum fuit, cum dotatione de episcopali licentia. Manutenetur de omnibus a dicto domino Ioanne, una cum altari quod unicum hic habetur cum portatili, in quo ex devotione celebratur [27^v] semel in hebdomada, ad praesens per reverendum dominum Bernardum Merci, sacerdotem de Alcenago. Retro altare vidit sacras suppellectiles pro celebratione missae, de quibus bene provisum et tute esse custoditas invenit, prout oratorium ipsum elegantis formae bene est tentum, ita ut nihil ordinandum reperiit. Quibus habitis et cetera. Porro statuto pro hac die suo discessu et itinere hinc ad parochialem ecclesiam Sancti Clementis de Alcenago, suam pastorem visitationem huic parochiali Gretianae conficiendam distulit ad diem 7 eiusdem mensis augusti post eius red[d]itum a dicta parochiali Alcenaghi. Itaque, associatus a reverendo rectore Alcenaghi, qui huc cum parte sui cleri suam illustrissimam et reverendissimam dominationem veneraturus accessit et a rusticana hominum Gretianae militia tubis et explosionibus suum praesulem honorante, proprio equo ascenso, Alcenagum versus iter suum arripuit. Ad confinia accedentibus [28] hominibus Gretianae, illico armati homines Alcenaghi occurrerunt et laetabundi vexilli ludo tubis et explosionibus suam illustrissimam et reverendissimam dominationem salutarunt et per deputatum virum nomine totius communitatis devenerati sunt. Subinde obvium habuit processionaliter populum cum pueris et puellis pias laudes decantantibus, a quibus omnibus obsequentissime receptus, ductus fuit ad aedes parochiales, in quibus suam fixit mansionem et cum tota eius familia pernoctavit.

[A margine: ALCENAGO] Die sabbathi 6 augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, honorifice sub badachino a quatuor selectis hominibus gestato receptus oblataque sibi cruce a reverendo domino Hieronymo Castelli rectore in egressu domus reverenter genibus flexis deosculata, processionaliter consuetis caeremoniis servatis, parochialem ecclesiam suam solemnem habiturus ingressum confluente populo petiit. In eiusdem ianua maiori sistens, aspergillo, a dicto reverendo rectore [28^v] oblato, aqua benedicta populum aspersit et de more thurificationis honorem recepit. Subinde pulsantibus campanis, clangentibus tubis et undique explosionibus ressonantibus, solemniter ecclesiam ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces Altissimo fudit; consuetis antiphonis et versiculis a clero persolutis, altare ascendit et titularis oratione decantata, populo benedixit adstantibusque suam episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. In throno sibi parato pontificalibus violacei coloris indutus, exequias

pro defunctis in ecclesia et coemeterio circum ecclesiam peregit. Sumptis vero sacris indumentis albi coloris, adoratione, hymno et thurificatione praemissis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo ceruleo colore depicto et auro linito ac in pixide argentea pede tamen et operculo cupreis custoditum. Ante idem Sacramentum nocte dieque semper accensa [29] ardet lampas, sumptibus reverendi rectoris; de cereis vero manutinet societas sanctissimi Sacramenti ad idem altare antiquitus – ut fertur – erecta. Ex factis perquisitionibus, habuit sub sua cura animas a communione numerari 386, in totum vero 548, quarum nulla defuit a communione; in Paschate pro tempore communicatis distribuuntur schedae. Habuit extare opportuna fanalia, scilicet amigdalum, vexillum, umbellam, trinum aliaque ostensa pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos illudque associantibus impartitas indulgentias publicari. Habuit sanctissimum Eucharistiae sacramentum debitis temporibus renovari et dominica infra octavam festi Corporis Christi cum eodem solemnem fieri processionem. Quibus habitis, quampluribus utriusque sexus christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum propriis manibus distribuit. Subinde, pia emissa praeparatione, sacerdotalibus indutus [29^v] missam celebravit et iterum angelicum Panem aliquibus ministravit. Porro actis Deo optimo maximo humillime gratis, suam visitationem proseguendo, visitavit olea sancta, in loculo ad hoc parato a cornu evangelii et in vasculis argenteis et stanneis bene custodita, quae percipiuntur quot annis ab eius matrice Gretianae, cui inservit die sabbathi sancti, die tertia rogationum et die festo Corporis Christi et eidem etiam uti vicariae foraneae subiacet. Sacrum fontem baptismalem, in fine ecclesiae non procul a porta maiori erectum, cancellis ligneis ex nuce septum ac tute sub sera et clavi custoditum. Duo confessionalia pro sacramentalibus penitentium confessionibus excipiendis. Altare maius, divo Clementi papae martyri dicatum, ex marmore in mensa una vero cum tabernaculo, in reliquis ligneum, coloribus depictum auroque linitum, cum icona existimabilis pretii a celebri pictore [30] Felice Brusasorzi – ut fertur – depicta. Manutenetur a societate sanctissimi Sacramenti ibi erecta, quae aliquibus fruitur redditibus et onus habet celebrare faciendi singulis annis missas sex pro quondam Dominica Bertagnola. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, ex marmore in mensa confectum cum statua seu effigie sculpta eiusdem beatae Mariae Virginis, misteriis in tela depictis circumornata et cum portatili. Hic habetur societas ipsiusmet beatae Mariae Virginis, quae altare manutinet et possidet aliquot redditus cum oneribus, tamen missarum sexaginta singulis annis pro quondam Benedicto Corti, missarum sex pro quondam Salomone Salomoni, item missarum sex pro quondam domina Bertagnola, quas celebrat reverendus rector dictae parochialis nec non missarum quatuordecim singulis quoque annis pro quondam Leonardo Vecchi. Altare sancti Caroli ex marmoribus elaboratum cum portatili et icona celebris picturae, scilicet – ut dictum fuit – ab equite Antonio Coppa depicta; [30^v] manutenetur ex piorum eleemosinis; ex legato quondam Petri Preti celebrantur sex missae primis diebus Quadragesimae quolibet anno per reverendum rectorem praedictum. Altare sanctissimi Crucifixi, anno 1705 circiter a pietate quondam admodum reverendi domini Matthaei Farinati, huiusce ecclesiae rectoris aere proprio ex marmoribus erectum, cum portatile et effigie Crucifixi exculpta, quod manutenetur ex sua devotione a familia de Farinatis. Nullum extat missarum onus et solum ibi celebratur ex devotione. Visitavit chorum et ibi prope a cornu evangelii sacristiam et sacras suppellectiles, de quibus sufficienter provisum invenit. Visitavit coemeterium et totam ecclesiam, quae est consecrata et consecrationis dies collitur ex antiqua consuetudine die 27 iulii, licet consecrationis dies fuerit dies 21 iulii 1482, ut colligitur ex lapide in pariete fixo versus fundamenta ecclesiae versus chorum a cornu epistolae et ex memoria in libris parochialibus sequentis tenoris, videlicet: [31] “Reverendissimus in Christo pater dominus dominus M. Cataneo, decretorum doctor archiepiscopus Duracensis suffraganeus ac locum tenens in episcopatu veronensi pro eminentissimo domino cardinali Michieli episcopo veronensi, consecravit hanc ecclesiam et haec altaria ad honorem Dei et gloriosissimae Matris Virginis Mariae et Omnium Sanctorum et Sanctarum ac specialiter ad nomen et memoriam sanctorum Laurentii martyris, sancti Felicis et Lazari m. et concessit XL dies de indulgentia in anniversario perpetuis temporibus dicatum anno Domini 1482 indictione XIV die vero XXI iulii” pro quo die consecrationis ex antiqua consuetudine colitur die 27 dicti mensis iulii. Haec parochialis est modo dicata divo Clementi et confertur per concursum; dependet a plebe Gretianae tanquam filialis, cuius archipresbyter deservit die sabbathi sancti, die tertio rogationum et in festo Corporis Christi eidemque tanquam vicario foraneo cum reverendo rectore, sacerdotibus et clericis subiecta existit. Visitata sacristia, ecclesia et coemeterio factisque [37^v] infrascriptis ordinationibus, ad aedes suae mansionis se restituit et prandium sumpsit. Ordinata. Construat in sacristia servandus in quo quotidie sese sacerdotes celebrantes describant cum nomine et cognomine – ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta quam citissime adimpleantur. Die sabbathi antedicta 6 augusti 1735 post prandium. Convocato populo per consueta signa pro exercitio doctrinae christianae habendo, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus honorifice associatus in dictam parochialem ecclesiam

descendit et in primis supplicationibus sibi porrectis ut dignaretur orationi in grati animi monumentum paratae interesse favorabiliter annuendo, orationi ipsi a reverendo domino Bartholomaeo Rossi, sacerdote de Alcenago, recitatae benigne interfuit. Deinde pio doctrinae christianae operi vacando perquisivit quisnam sit eiusdem cultus, ordo et frequentia [32] et, cum cognoverit magistros tantum et magistras haberi et in reliquis totum onus esse reverendi rectoris, caeterorum pigritiam condemnans omnes et singulos hortatus est ut imposterum se toto studio tam benemerito operi mancipient omnemque et cultum iuxta regulas typis traditas teneri. Expertus vero pueros et puellas de mysteriis fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus sufficienter instructos invenit et ad diligentiam et sollicitudinem in re tam gravi paterno suo amore ab omnibus servandam plurimum in Domino hortatus est. Tandem quamplures utriusque sexus cristifideles in vera Christi militia confirmavit. Porro ad parochiales aedes deventus, quieti se tradidit. Interim illustrissimus dominus vicarius visitationis, ad infrascripta delegatus, se contulit ad oratoria hic descripta, infra limites parochialis ecclesiae Alcenaghi erecta et visitavit: publicum oratorium sub titulo Sancti Benedicti Abbatis [San Benedetto] in contrata Cozae infra limites parochialis ecclesiae de Alcenago erectum, de ratione communitatis dicti loci, a qua manutinetur. Unicum ibi vidit et visitavit altare ligneum cum portatili, in quo assertum fuit a triginta circiter annis legatum institutum fuisse a quondam Bartholomaeo Taviani per annos centum duraturum unius missae die festo titularis dicti sancti Benedicti per reverendum rectorem celebrandae, stipe librarum duarum; ibi celebratur quoque die prima rogationum et eodem die modia duo cum dimidio tritici in panem redacti pauperibus erogantur a dicta communitate, ex legato quondam domini Philippi Tessari. Non extat sacristia neque sacra apparamenta et quando in hoc oratorio celebrandum est defferuntur apparamenta et neccessaria a parochiali ecclesia. Quibus habitis. [A margine: San Marco] Publicum oratorium sub invocatione Sancti Marci, infra limites parochialis ecclesiae Alcenaghi in contracta Rupiani situm, a qua piorum eiusdem contractae [33] eleemosinis; cum de omnibus hoc oratorium destitutum esset ideoque suspensum, de licentia episcopali anno 1706 raedificatum fuit ac provisum. Unicum habetur altare ligneum cum portatili et effigie beatae Mariae Virginis in muro depicta. Hic celebratur tantum ex devotione, cum nulla sint legatorum onera ac nulli redditus, quapropter piorum eleemosinis manutinetur. Retro altare extat sacristia, sed nulla apparamenta sacra pro celebratione missae, quae, quando opus sit, deferuntur a parochiali ecclesia. Ordinata. Firmetur portatile in mensa et obturentur eiusdem rimulae. Quibus habitis, properata iam nimis hora, ad parochiales aedes sese restituit et pernoctavit. Die dominico 7 augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, missam celebraturus, honorifice sub baldachino ut ante receptus, dictam parochialem ecclesiam Alcenaghi petiit eaque [33^v] per consuetas ceremonias ingressa, piam praeparationem emisit et sacerdotalibus indutus sacrosanctum missae sacrificium peregit. Subinde nonnullis utriusque sexus christifidelibus angelicum Panem propriis manibus distribuit nec non aliquibus pariter utriusque sexus paterno suo amore Confirmationis sacramentum ministravit. Dum haec agerentur, illustrissimus dominus vicarius visitationis delegatus pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: admodum reverendus dominus Hieronymus Castellis, aetatis suae annorum 60 circiter, rector huius parochialis ecclesiae Sancti Clementis de Alcenago, quam obtinuit per concursum iuxta formam sacri Concilii tridentini, cum bullis apostolicis sub datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis dominicae 1713 14 kalendas ianuarii, quas ostendit, prout etiam libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum, mortuorum et status animarum bene tentos, quibus lustratis mandavit: in partitis matrimoniorum describi debere dies festos [34] publicationum iuxta Concilii tridentini et ritualis romani formulam. Praesentavit quoque policeas iuxta edictum, quae in fine huius libri sub littera **D** repositae extant. Interrogatus de suo clero et populo, recte de utroque respondit nihilque de quo indoleat habere. Ad sui servitium ancillam habet nomine Mattheae, viduam quondam Stephani Marchesini huius loci, annorum 65 circiter. Reverendus dominus Ioannes Baptista Castelli, sacerdos de Lugo, nepos praedicti rectoris, curatus huius ecclesiae, confessarius cum mandato episcopali ab anno usque 1721 debitis temporibus confirmato, aetatis suae annorum 42 ciricter. Reverendus Georgius Veronesi, 27 circiter annos natus, simplex sacerdos huius loci ad titulum sui patrimonii in bonis et cetera ordinatus. Reverendus dominus Carolus Antonius Farinati, aetatis suae annorum 28 de hac parochia simplex sacerdos, ad titulum sui patrimonii in bonis et cetera promotus. Reverendus dominus Dominicus Tosoni, aetatis suae annorum 26 circiter, [34^v] simplex sacerdos huius parochiae, qui studiorum causa Veronae comoratur. Reverendus dominus Bernardinus Mercì, 26 circiter annos natus, sacerdos huius loci, inserviens tamen parochiali ecclesiae Gretianae, confessarius cum mandato episcopali obtento pro maribus ac etiam mulieribus infirmis tantum. Reverendus dominus Bartholomaeus Rossi, 26 circiter annos natus, de hac parochia sacerdos, tamen ad titulum cappellaniae Sancti Bartholomaei in parochiali ecclesia Gretianae promotus, confessarius pro maribus et etiam mulieribus infirmis tantum. Reverendus dominus Baptista Bellamoli, aetatis suae annorum 27 circiter, simplex sacerdos

huius parochiae ad titulum sui patrimonii in bonis et cetera promotus; Veronae comoratur. Reverendus dominus Iacobus Tomasi, aetatis suae annorum 35, sacerdos huius loci, qui tamen comoratur in loco Domus Caprorum huius diaecesis. Reverendus dominus Matthaeus Farinati, 50 circiter annos natus, sacerdos huius parochiae, confessarius ab annis 18 circiter. Reverendus dominus Antonius Nicolis, aetatis suae annorum 26 circiter, [35] simplex sacerdos huius parochiae. Venerabilis clericus subdiaconus Petrus Veronesi, aetatis suae annorum 22, huius loci ad titulum sui patrimonii in bonis et cetera promotus. Venerabilis clericus Ioseph Tosoni, filius quondam Bernardi, in primis minoribus ordinatus constitutus de Alcenago, aetatis suae annorum 21 circiter. A quibus eorum requisita ostensa fuere eisdemque restituta. Quibus absolutis, perventa hora prandii, prandium sumptum fuit. Die antedicta 7 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, suae visitationi finem facturus huius parochialis ecclesiae Alcenaghi, ut suam Gretianae iam inceptam visitationem hac statuta die illuc restitutus prosequeretur, in suo pastorali munere sollicite insistens, diligentes informationes a fide dignis sumpsit de vita, moribus ac diligentia huius rectoris, de quo nec non de clero et populo bene relatum fuit. [35v] Praesentata fuit per reverendum dominum Matthaeum Farinati supplicatio tenoris infrascripti, videlicet: Eccellenza Reverendissima. Die 7 augusti 1735 in visitatione Alcenaghi praesentata per infrascriptum reverendum Matthaeum Farinati, supplicantem nomine et cetera. Il quondam reverendo don Matteo Farinati, fu rettore di questa parrocchia di San Clemente di Alcenago, col proprio denaro erresse nella chiesa parrocchiale sudetta l'altare di marmo del santissimo Crocefisso. Questo altare fu poscia dalla famiglia Farinati fin al presente mantenuto come erede universale ab intestato del sudetto parrocho. Perciò, attesa tal manutenzione alla quale sottostaranno sempre e la rappresentanza del quondam reverendo Farinati rettore sudetto, umilmente supplichiamo la benignità e giustizia di vostra eccellenza a cauzione de nostri pregiudicii e nostre ragioni, che detto altare sia dichiarato della famiglia Farinati supplicante, rappresentante come erede le ragioni del sudetto quondam reverendo don Matteo Farinati e rettore dell'altare [36] medesimo, come apparisce dall'infrascritta lapide posta sopra terra a piedi dell'altar sopra nominato, che della grazia et cetera don Matteo Farinati a nome della famiglia. Segue la lapide: "Deo optimo maximo. Matthaeus Farinatus hic quiescit. Hanc aram aere construxit - hanc ecclesiam XXXVI annos et ultra sedulo rexit - 70 obiit postridie nonas augusti 1712". De qua facto verbo cum reverendo domino rectore praedicto, massario et consiliariis communitatis adstantibus, cum nihil in contrarium relatum fuerit, dummodo altare ipsum, ut supra supplicatum, competenter dotetur pro eiusdem perpetua manutenzione et semper salva et illesa sint iura parochialia, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, praemissa competenti dote, decrevit prout fuit petitum ac supplicatum per praefatum reverendum dominum Matthaeum Farinati, salvis semper omni tempore et quomodocumque [36v] competentibus iuribus parochialibus et ita et cetera, omni et cetera. Supplicatum etiam fuit pro erectione alterius altaris, construendi contra illud sanctissimi Crucifixi, cui supplicationi idem illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, cum nihil ut supra in contrarium allatum fuerit, favorabiliter annuendo supplicatam erectionem, praemissa tamen competenti dote et sine ullo vel minimo praeiudicio iurium parochialium, concedendam esse censuit, prout benigne concessit et ita et cetera, omni et cetera. Comparuerunt obstetrices huius parochiae, videlicet Catharina Viviani, uxor Iosephi de Fornariis annorum 50 circiter, Maria Giarola uxor Antonii Stevanoni annorum 50 circiter, Antonia Comini uxor Ioannis Sembenati annorum 48 circiter, Iacoba Poli uxor Ioannis Baptistae Bertaso annorum 46 circiter, Antonia Bellamoli uxor Ioannis de Vechi annorum 55, Dominica Morandini uxor Michaelis dei Preti annorum 42. Quas diligenter interrogavit de sacramento baptismatis in casu necessitatis conferendo et, cum bene instructas et idoneas repererit, aprobavit. His actis, honorifice associatus, in parochialem ecclesiam [37] descendit et in primis aliquibus utriusque sexus petentibus Confirmationis sacramentum benigne ministravit. Deinde, resservata visitatione oratorii Sancti Stephani et oratorii Sancti Antonii Abbatis sub hac parochia existentium in eius red[di]tu ad parochialem Gretianae, huiusmodi suam pastorem visitationem cum recitatione *De profundis* de more absolvit. Praestitis inde plurimae devenerationis et grati animi pro collato beneficio monumentis a reverendo rectore, clero et populo honorifice associatus, a rusticana militia vexilli ludo, tubis et explosionibus dominationem suam illustrissimam et reverendissimam honorante, pedester Gretianam versus usque ad fines Montis subinde equitando iter arripuit. [A margine: Santo Steffano in Stalavena] In itinere praefata oratoria visitavit, scilicet: ecclesiam simplicem seu oratorium Sancti Stephani seu Sanctissima Trinitatis, communitatis Stalavenae infra limites parochialis ecclesiae Alcenaghi, de ratione dictae communitatis, a qua manutenetur, cum nulli sint eiusdem [37v] ecclesiae redditus. Unicum ibi vidit et visitavit altare ligneum cum portatili et icone. Hic celebratur tantum ex devotione, nulla enim sunt onera missarum; ex antiqua tamen consuetudine reverendus rector Alcenaghi huc accedit die festo sancti Stephani vespas decantaturus, quas decantat etiam die festo

secundo Pentecostes missamque celebrat. Vidit coemeterium, sed caret sacristia et sacra apparamenta servantur in domo particulari vel a parochiali deferuntur. Ordinata. Erigatur sacristia sufficientis structurae quam citius, pro qua erigenda iam aliqua sunt parata – palium altaris et pulvinaria laudabiliter sarciantur – Tela stragula qua cooperitur altare vel sarciatur vel potius nova provideatur – erigatur crucifixus in limine tecti. Quibus habitis et cetera. Publicum oratorium Sancti Antonii Abbatis, alias – ut fertur – [38] Sancti Vigili [a margine: Sant'Antonio Abbate] in contracta Coloniae, infra limites parochialis ecclesiae Alcenaghi erectum, de ratione quondam nobilis domini Ioannis Baptistae Oliboni, modo dominorum Felicis et fratris Fontana, uti haeredum praedicti quondam nobilis domini Ioannis Baptistae, a quibus de omnibus manuteneatur. Unicum habetur altare ligneum cum portatili et icona in quo nulla sunt onera missarum, sed celebratur tantum ex devotione. In coemeterio annexo humata extant cadavera familiae praedictae de Olibonis. Caret hoc oratorium sacristia et paramenta sacra pro sacro faciendo custodiuntur domi antedictae familiae, quae multum a dicto oratorio distat. Ordinata. Altare claudatur a lateribus – provideantur planetae, alia viridis alia violacei et alia rubri coloris, cum suis stolis et manipulis, velis et bursis. Quibus habitis et cetera. Subinde iter suum proseguendo, ad confinia Gretianae perventus, recedentibus – plurima data explosione – hominibus [38^v] Alcenaghi, occurrerunt admodum reverendus archipresbyter et homines Gretianae, plurimo obsequio et laetitia suam illustrissimam et reverendissimam dominationem suscipientes, a quibus inter frequentes explosiones et tubarum clangores, ad aedes parochiales ductus fuit, ubi in parva parata aede se recepit, quievit et incoenatus pernoctavit.

[A margine: GREZZANA] Die lunae 8 mensis augusti [1745]<1735>. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, volens missam celebrare, sub baldachino receptus honorifice associatus, ad parochialem ecclesiam Sanctae Mariae Elisabeth etiam venit, qua per consuetas ceremonias ingressa, ante altare maius genuflexus Altissimo preces fudit piamque praeparationem emisit. Sacerdotalibus postea apparamentis indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et nonnullis utriusque sexus christifidelibus angelicum Panem propriis manibus erogavit. Actis vero Deo optimo maximo piissime gratiis, non paucis humiliter petentibus utriusque pariter sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. [39] Subinde in aedes parochiales se recepit et in negotiis suae visitationis insistens pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: admodum reverendus dominus Ioannes Iacobus Spada, archipresbyter et vicarius foraneus huius parochialis, seu plebanae ecclesiae Sanctae Mariae Elisabeth de Gretiana, quam obtinuit per concursum iuxta praescriptum sacri Concilii tridentini, cum bullis episcopalibus datis die 5 martii 1722, quas ostendit una cum mandato vicariae foraneae diei 5 martii 1722. Ostendit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et defunctorum, quos bene digestos et tentos invenit. Postea praesentavit polliceas iuxta edictum, in fine huius libri sub littera **G** repositas. Interrogatus autem de suo clero et populo, de utroque bene retulit nihilque habere de quo indoleat. Ad eius servitium habet Martinum Martini et Angelam eiusdem Martini sororem aetatis suae annorum 45 circiter, de hac parochia. Reverendus dominus Ioannes Baptista Bomberius, sacerdos huius [39^v] parochiae aetatis suae annorum 42 circiter, confessarius et curatus cum mandato episcopali. Reverendus dominus Bartholomaeus Zanella eiusdem loci, sacerdos 29 circiter annos natus, confessarius cum mandato episcopali pro maribus et etiam mulieribus infirmis tantum. Reverendus dominus Bernardus Merci, sacerdos de Alcenago servitio huius parochialis addictus, aetatis suae annorum 26, confessarius cum mandato episcopali diei 16 martii 1735 pro maribus et etiam mulieribus infirmis tantum. Reverendus dominus Leonardus Corsini, sacerdos huius parochialis aetatis suae annorum 24 circiter. Reverendus dominus Petrus Spinelli, simplex sacerdos de Ecclesia Nova aetatis suae annorum 70 circiter, capellanus oratorii Sancti Barnabae in contracta Rosarii sub hac parochia. Comparuerunt obstetrices, scilicet: Angela Masotti, uxor Dominici Bellamolli aetatis suae annorum 50 circiter; Magdalena dei Carli, vidua quondam Ioannis Fiorini aetatis suae annorum 70 circiter. Quas interrogatas, bene instructas invenit de conferendo sacramento baptismatis in casu neecessitatis [40] ideoque tamquam habiles et idoneas aprobavit. A fide dignis sumpsit diligentes informationes de vita et moribus ac diligentia in suo munere fungendo admodum reverendi archipresbyteri, de quo cum laude relatum fuit. Indolentes Ioannes Masotti massarius, Thomas Fontanabona, Paulus Fusina et Antonius Renaldini consiliarii communitatis praedicti loci Gretianae, exposuerunt commune et homines Rosarii huic parochiae subiectos esse et una simul cum hac communitate unum corpus in spiritualibus efficere et nihilominus renuere correspondere pro ceris et campanario, quod cum aequum non sit, humiliter insteterunt eosdem damnari ad congruam corresponsionem in sumptibus ipsis sustinendis et ita et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, audita huiusmodi instantia, dixit vocandos et audiendos esse homines dictae communitatis Rosarii, decreturus postea quidquid iuris erit et ita et cetera, omni et cetera.[40^v] Quibus habitis, facta hora tarda, prandium sumpsit et quieti se tradidit. Die lunae 8 augusti 1735 post prandium. Statutum

iter pro hac die ad parochialem Romagnani illustrissimus et reverendissimus praesul agredi volens, cum adhuc sub hac plebe Gretianae duo oratoria, Sancti Ioannis Baptistae scilicet, vulgo *da Costagrande* et *Sancti Barnabae del Rosar*, visitanda remaneant, hoc Sancti Barnabae de iure nobilium dominorum comitum de Hortii, die 10 eiusdem augusti in visitatione Romagnani visitandum resservavit et illud Sancti Ioannis Baptistae, longi et difficilis itineris in contracta *di Costagrande*, iuris dominorum de Grechis, visitandum delegavit admodum reverendo archipresbytero et vicario foraneo dicti loci Gretianae, qui in scriptis referre debebit et visitationem suam ad hanc curiam transmittere. Porro confecta sua pastoralis visitatione huius plebis Gretianae illaque cum recitatione *De Profundis* de more clausa ac receptis plurima cum deveneratione gratiarum actionibus ab admodum reverendo archipresbytero, clero et populo Gretianae, quibus paterno amore benedixit, humillime receptus a nobili domino comite [41] Antonio Gazola ac reverendo rectore Romagnani honorificeque comitatus ab hominibus Gretianae, iter suum ad parochialem ecclesiam Sancti Andreae Apostoli Romagnani aripuit. Ad cuius confinia perventus, homines Gretianae recesserunt et illico obvios habuit homines Romagnani, dominationem suam illustrissimam et reverendissimam cum laetitia suscipientes. Subinde processionaliter occurrit populus, quo praeunte piasque laudes decantante, ad parochialem ecclesiam ductus fuit, ubi populo genuflexo benedixit. Cum vero aedes parochiales nimis angustae sint, oblatam sibi domum nobilium dominorum comitum de Gazolis pro sua habitatione recepit, ad quam perventus et reverenter a praefato nobili domino comite Antonio exceptus, ibi suam mansionem fixit et pernoctavit.

[A margine: ROMAGNAN] Die martis 9 augusti 1735. Aedibus suae mansionis relictis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus ad aedes parochiales, multo concomitatu honoratus, pedester venit. Ibi longioribus indutus fuit et sub baldachino receptus, cruce deosculata sibi a reverendo rectore in egressu domus porrecta, processionaliter per consuetas caeremonias [41^v] et ritus, ecclesiam parochialem Sancti Andreae adivit. Ante ianuam maiorem aqua benedicta populum aspersit aspergillo a reverendo rectore oblato, a quo et thurificationis honor praestitus fuit et solemniter ecclesiam ipsam ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces Deo fudit et, consuetis interim decantatis, altare ascendit eoque deosculato ac titularis oratione recitata, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam impartitus est. Porro sacris indutus apparamentis violacei coloris, in ecclesia et coemeterio exequias pro defunctis absolvit. Depositis violaceis sumptisque pontificalibus albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in honorifico tabernaculo ex marmoribus collustratis confecto, non multis ab hinc annis, cura et studio dicti reverendi rectoris Bartholomaei de Zuanis, cuius zelo tota etiam ecclesia nitidior et elegantior redacta fuit nec non in pixide argentea intus inaurata bene custoditum. Animae sub hac cura quae sacram communionem [42] sum[m]unt 181, in totum vero 239 numerantur, quae omnes praecepto paschalis communionis obtemperarunt. Ante sanctissimum Sacramentum nocte dieque accensa ardet lampas sumptibus reverendi rectoris et quidquid opus est ac cerae pro ecclesia et sacristia manentur a communitate. Interrogatus reverendus rector dixit debitis temporibus sanctissimum sacramentum Eucharistiae renovari; communicatis in Paschate schedas distribui; festo Corporis Christi solemnem fieri processionem cum eodem sanctissimo Sacramento; cum contingit illud ad infirmos deferri, populum per consueta signa convocari et associantibus impartitas indulgentias publicari et opportune extare visa et ostensa suppellectilia pro digna et decora associatione. Quibus habitis, quampluribus utriusque sexus christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit. Interim illustrissimus dominus vicarius visitationis vidit et visitavit sacristiam, prope chorum a cornu evangelii existentem [42^v] ibique sacras suppellectiles ac vasa sacra, quae abunde provisa ac bene tenta invenit, cum laude pietatis et diligentiae reverendi rectoris. Vidit quoque ac lustravit libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum et recte confectos et tentos invenit. Absoluta sanctissimae Eucharistiae communionis administratione, illustrissimus et reverendissimus praesul, praemissa praeparatione, sacerdotalibus indutus sacrosanctum missae sacrificium peregit actisque Deo optimo maximo gratis visitavit sacrum fontem baptismatis, decentiore in forma reaedificatum et in capellula prope portam maiorem a cornu evangelii erectum, rastris ferreis munitum et recte tuteque sub clavi custoditum. Olea sancta, in arcua ad hoc parata a cornu evangelii altaris maioris et in vasis stanneis decore et tute sub ostiolo ferreo et clavi tenta. Haec quotannis, veteribus combustis, percipiuntur a plebe Gretianae, cuius plebis haec ecclesia parochialis est filialis et eiusdem rector [43] domino archipresbytero plebano inservit in die sabbathi sancti. Unicum confessionale in ecclesia expositum pro excipiendis sacramentalibus fidelium confessionibus, bene tentum. Altare maius, ex marmoribus collustratis integre confectum piorum eleemosynis, curante et elargiente pietate praedicti reverendi rectoris; est cum portatile et icone in choro et manentur a communitate. Extat societas sanctissimi Sacramenti, quae nulla habet missarum onera nullisque fruitur redditibus; ex confratrum tamen

eleemosinis et duo manutinentur intortitia pro associatione sanctissimi Sacramenti et duodecim celebrantur missae pro confratribus defunctis et altera celebratur in obitu cuiusque confratris; ostensum fuit diploma pontificium Clementis VIII diei 31 augusti 1593. Altare beatæ Mariæ Virginis sanctissimi Rosarii marmoreum cum portatili et icone, cura reverendi rectoris recenter extractum, bene ornatum et manutentum a societate eiusdem sanctissimi Rosarii, piorum eleemosinis, cum nullos [43^v] habeat redditus nullisque sit gravata oneribus, sed tamen pro confratribus defunctis celebrare facit quot annis missas duodecim et alteram pro quolibet confratre defuncto in eius morte. Ostensum et visum fuit diploma ad favorem dictæ societatis, datum Romæ in conventu Sanctæ Mariæ super Minervam die 4 octobris 1659. Altare sancti Antonii patavini pariter marmoreum, de novo a pietate reverendi rectoris erectum cum portatili, piorum eleemosinis manutentum et bene ornatum, in quo celebratur ex devotione, nullo extante onere nec reddito. Vidit totam ecclesiam cum fornice, non consecratam, cum nullum extet documentum aut memoria, et coemeterium et omnia bene procedere cognovit. Factisque infrascriptis ordinationibus, ad suæ mansionis aedem sese restituit et prandium sumpsit. Ordinata. Ostiolum tabernaculi vel intus vestiatur panno [44] albo sericeo vel honorifice pingatur – conficiatur liber in sacristia servandus in quo quotidie describantur missae celebratae in hac ecclesia, cum nominibus, cognominibus et patria sacerdotum celebrantium – ordinata ultimæ visitationis nondum adimpleta quamprimum fideliter adimpleantur. Die antedicta 9 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, defatigatus, quieti indulsit. Item illustrissimus dominus vicarius visitationis aliquo salutis incomodo, levi tamen, detentus quievit. Die mercurii 10 augusti 1735. Ut visitatio oratorii Sancti Barnabæ sub Gretiana hic facienda resservata adimpleretur, illustrissimus dominus vicarius visitationis illuc se contulit et visitavit: [a margine: San Barnaba] publicum oratorium sub titulo Sancti Barnabæ, in contracta seu communitate Rosarii infra limites plebis Gretianæ erectum. Assertum fuit esse iuris patronatus ex tribus partibus: pro duabus nobilis domini comitis Hieronymi de Hortis Manara et pro alia reverendi domini Petri et fratrum Spinelli et ab iisdem [44^v] de omnibus manuteneri. Unicum vidit et visitavit altare ligneum cum portatili et icone, in quo celebratur ex mera devotione, cum nulla sint onera nec redditus; qui in praesentiarum celebrat ex devotione est reverendus dominus Petrus Spinelli, sacerdos de Erbetio ætatis suæ annorum 76 circiter. Non extat sacristia; vidit tamen sacras suppellectiles pro sacro faciendo, quæ in privata vicina domo custodiuntur quasque ibi exposita visitavit, prout totam ecclesiam et ordinavit ut sequitur. Ordinata. Erigatur sacristia sufficientis capacitatis – altare claudatur a lateribus – baldachinum super altare quo altare ipsum cooperitur laudabiliter sarciat – saltem unum provideatur corporale et mundum teneatur – paramenta existentia prout indigentia laudabiliter sarciantur – duæ provideantur planetae, altera violacei et altera nigri coloris cum suis stolis, manipulis et bursis. Quibus habitis, ad illustrissimum et reverendissimum dominum dominum episcopum se restituit. [45] Illustrissimus vero et reverendissimus praesul, honorifice receptus et associatus, parochialem ecclesiam adivit, quam per consuetas caeremonias ingressus est emissaque pia praeparatione, sacerdotalibus indutis sacrosanctum missae sacrificium absolvit. Inde actis Deo gratiis, pio doctrinae christianæ operi diligenter incubuit et in primis quis ordo et cultus habeatur et quenam sit frequentia perquisivit; postea per varias interrogationes de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus quomodo edoctus sit populus cognovit, quam – Deo dante – bene et sufficienter instructum invenit; factaque plurima omnibus et singulis commendatione ut hoc sanctum opus omni studio et frequentia colatur, nonnullis utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Subinde coram eodem illustrissimo et reverendissimo antistite se sistit reverendus dominus Bartholomaeus de Zuanis, sacerdos ætatis suæ annorum 73 circiter, rector huius parochialis ecclesiae Sancti [45^v] Andreae apostoli de Romagnano, quæ est filialis plebis Gretianæ et sub eiusdem vicaria foranea, docuitque de provisione sui beneficii, quod obtinuit per concursum iuxta formam sacri Concilii tridentini, ostendendo bullas episcopales datas Veronæ die 17 iulii 1702. Item praesentavit polliceas iuxta aedictum visitationis, in fine huius libri sub littera E repositas. Interrogatus de suo clero et populo, respondit nullum neque sacerdotem neque clericum sub sua cura habere et quoad populum bona dedit asseruitque nullum habere publicum peccatorem, nullum adulterum, usurarium, haeticum vel suspectum de haeresi quod sciat. Unicam habere obstetricem, Bartholomaeam scilicet Salvara, uxorem Andreae Avanzi, ætatis annorum 60 circiter, idoneam et bene instructam pro collatione sacramenti baptismatis in casu necessitatis. De reverendo rectore autem optima habuit. Quibus habitis, se contulit ad infrascriptum oratorium [46] illudque visitavit, scilicet: [a margine: San Francesco Xaverio] publicum oratorium sub invocatione Sancti Francisci Xaverii, infra limites parochialis ecclesiae Romagnani erectum, de ratione nobilium dominorum comitum de Gazolis veronensium, a quibus de omnibus honorifice manutinetur. Illud vidit, eleganti forma constructum, perpolite ornatum ac tentum. Unicum in eo extat altare, ex marmoribus undequaque magnifice erectum cum portatili, effigie eiusdem sancti Francisci ex marmore

sculpta et icone in muro depicto rapresentante Annunciationem beatae Mariae Virginis, quod visitavit habuitque in eo celebrari tantum ex devotione, nullo existente onere missarum. Per laterales ianuas dicti altaris ascenditur in sacristiam, quam et sacras suppellectiles visitavit et abunde provisam ac nitide tentam invenit ita ut nihil ordinandum occurrit, immo multum laudabilis pietas et diligentia praedictorum nobilium dominorum comitum de Gazolis. Iam ultra meridiem properata hora, in aedes suae mansionis [46^v] se recepit et prandium sumpsit. Die antedicta 10 augusti 1735 post prandium. Clausa visitatione parochialis ecclesiae Romagnani receptisque plurimae devenerationis et grati animi argumentis a reverendo rectore et populo eiusdem loci nec non a praefato nobili domino comite Antonio de Gazolis, iter suum ad parochialem ecclesiam Sancti Petri in Vinculis Zaghi direxit, pluribus explosionibus Romagnani populo concomitante usque ad confinia ubi, eodem recedente, praesto fuit populus parochialis Zaghi, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem humiliter et laetanter suscipiens, quo praeunte suae laetitiae et obsequii frequentibus explosionibus consueta signa dante sonantibusque campanis, ad parochialem praedictam Zaghi, sub titulo Sancti Petri in Vincula ducitur. Quo perventus, cum domus parochialis, olim angusta et rudis, sit in reaedificatione, in sacristiam se se recepit et paulisper quievit. Omnibus interim opportune peractis, non longe ab [47] ecclesia in statuto loco sub baldachino receptus, genibus flexis super strato pulvinari sibi porrectam crucem a reverendo curato Iacobo Brunelli in solamen reverendi rectoris, nimis senescentis, deosculatus est et processionaliter parochialem ecclesiam adivit, in cuius limine recepto a reverendo rectore aspensorio, populum genuflexum aspersit receptoque ad eodem thurificationis honore, ecclesiam ipsam solemniter ingressus est. Ante altare maius Deo optimo maximo pias preces fudit et interim clerus consueta decantavit. Subinde altare ascendit et, recitata titularis oratione, ad populum conversus ei benedixit, suam episcopalem indulgentiam de suo mandato, confessione praemissa, publicatam impartitus est. Tronum a cornu evangelii sibi paratum ascendit et violaceis apparamentis indutus consuetas pro defunctis preces in ecclesia et coemeterio absolvit. Sumptis deinde paramentis albi coloris praemissisque [47^v] adoratione, hymno et thurificatione, sanctissimum Eucharistiae sacramentum visitavit, in tabernaculo ligneo auro linito et pixide in cupa argenta auro linita et in pede ac coperculo cuprea servatum et sub clavi custoditum. Huiusmodi ecclesia parochialis est sub titulo Sancti Petri in Vincula crediturque antiquitus fuisse consecratam, ex celebratione diei dedicationis qui singulis annis colitur die prima februarii, licet nullum extet documentum vel memoria. Eiusdem ecclesiae rector est reverendus dominus Antonius Prati, senex annorum 78 circiter, qui hoc beneficium obtinuit per concursum iuxta praescriptum sacri Concilii tridentini cum bullis episcopalibus diei 27 iulii 1693, cum sit liberae collationis illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopis in suis mensibus. Ex factis interrogationibus habuit animas sub hac cura quae sacram communionem percipiunt bis centum numerari, in totum vero 338 nullamque – Deo dante – fuisse in Paschate inconfessam; lampadem [48] die nocteque semper accensam ante Sanctissimum ardere expensis societatum sanctissimi Sacramenti et sanctissimi Rosarii, ceras vero ceteraque neccessaria manutenere communitatem. Habuit dari signa ad convocandum populum pro associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos et cum eodem suo die festo solemnem fieri processionem, sed non publicari indulgentias associantibus concessas et nonnulla deficere pro decenti associatione, quapropter ordinavit ut infra et cetera. Reposito cum adoratione, hymno et thurificatione sanctissimo Sacramento, visitavit sacrum fontem baptismalem, in calce ecclesiae in quadam arcula sub rastris ligneis erectum; olea sancta, in cornu evangelii custodita et unicum confessionale pro sacramentalibus christifidelium confessionibus excipiendis; super quibus ordinavit ut infra. Visitavit altare maius consecratum, ex ligno cum icone confectum, ubi in tabernaculo ut supra custoditur sanctissimum Sacramentum. Adest societas sanctissimi Sacramenti [48^v] et ibi reverendus rector onus habet celebrandi missas sex, prout in policea et cetera. Altare sancti Rocchi, pariter ligneum cum icone et portatile, de ratione communitatis, quae illud de omnibus manutinet. Nullum hic extare onus missarum assertum fuit. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum cum portatili et effigie eiusdem beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta, sacris misteriis depictis circumornata; ibi habetur societas ipsiusmet beatae Mariae Virginis (cum diplomate diei 27 ianuarii 1652, Romae in conventu Sanctae Mariae super Minervam dato) erecta, quae de omnibus ex parvis redditibus et elemosinis manutinet altare, in quo reverendus rector onus tenet celebrandi missas viginti, prout in pollicea cui et cetera. Quibus habitis, cum domus parochialis sit in reaedificatione, ad domum nobilium dominorum comitum de Gazolis in contracta Casalis iter fecit ubi, decore receptus, incenatus pernoctavit. Die iovis 11 augusti 1735. Illustrissimus dominus vicarius et cetera, cum sibi demandata sit ab illustrissimo [49] et reverendissimo domino domino episcopo visitatio infrascripti oratorii, hac mane illuc se contulit et visitavit: [A margine: Santa Viola] ecclesiam campestrem seu publicum oratorium sub invocatione Sanctae Viola, antiquitus erectum in vertice montis infra limites parochialis ecclesiae Zaghi, de ratione eiusdem communitatis Zaghi a

qua, una cum fidelium eleemosinis, de omnibus oratorium ipsum manuteneatur, cum nullis fruatur redditibus. Ibi unicum vidit et visitavit altare, marmoreum in mensa, in reliquis ligneum cum icone et portatili, in quo aliquando celebratur ex devotione, paramentis demptis a praedicta parochiali, in qua assertum fuit servari sacerdotale paramentum variorum colorum cum alba, cingulo, calice et patena, legatum a quondam reverendo domino Matthaeo Garzaveri appellato Giona. Relatum fuit huc processionaliter accedere, ex asserto voto, tam communitatem Zaghi quam communitatem Ceri die 3 maii et utriusque parochiae parocos missam decantare. Insuper eandem communitatem Zaghi [49^v] pariter ex asserto voto hoc oratorium visitare processionaliter singulis sextis feriis maii missamque ibi celebrari. Retro altare habetur chorus, qui inservit pro sacristia. Prope ecclesiam praedictam vidit domum eremiticam, in qua ad custodiam ipsiusmet ecclesiae ressidet heremita Bernardus Poiese de Cero, aetatis suae annorum 62 circiter. Ordinata. Portatile altaris paulisper elevetur, firmetur in mensa ac tela cerata tegatur nec non provideatur tela stragula qua tota mensa cooperiatur – erigatur crux ferrea in culmine tecti. His habitis, ad parochialem ecclesiam Zaghi se contulit. Illustrissimus vero et reverendissimus dominus dominus episcopus ad eandem parochialem ecclesiam descenderat, quam per consuetas caeremonias ingressus est et ante altare maius genuflexus pro celebratione missae, pia emissa preparatione, in trono vero sacerdotalibus indutus, sacrum fecit; quo absoluto nonnullis utriusque sexus christifidelibus [50^v] eucharisticum Panem suis manibus paterne distribuit actisque Deo optimo maximo debitis gratiis, doctrinae christianae vacavit. Quapropter convocato coram se populo, diligenter perquisivit de cultu et ordine tanti operis et per examen quomodo edocti sint expertus est pueros et puellas de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem necessariis interrogando et bene instructos invenit. Subinde Confirmationis sacramentum quampluribus utriusque sexus ministravit. Hoc interim coram illustrissimo domino vicario comparuerunt obstetrices huius loci, scilicet: Lucia Giberti vidua quondam Bartholomaei Ederle, aetatis annorum 75; Margarita Orlandi, uxor Antonii Ederle annorum 70 circiter; Francisca Nicolis, uxor Andreae Calicezo annorum 60 circiter; Maria Rubele, uxor Dominici Todeschini annorum 60 circiter. Quas expertus est maxime de sacramento baptismi in casu necessitatis conferendo et bene edoctas invenit. [80^v] Visitavit sacristiam, a cornu epistolae existentem ac vasa sacra et sacras suppellectiles pro sacro faciendo aliisque ecclesiasticis functionibus peragendis, de qua ordinavit ut infra et cetera. Porro illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus pro tribunali sedit coramque graviores eiusdem loci et fide digni viri comparuerunt, a quibus diligenter perquisivit de vita, moribus ac diligentia in eorum munere praestando tam reverendi rectoris quam reverendi curati et de utroque bene relatum fuit. Comparuit reverendus dominus Iacobus Brunelli, sacerdos de Cero aetatis suae annorum 26 circiter, curatus huius parochialis, cum mandato die 22 iunii 1735 ad annum confirmato et partes reverendi rectoris Antonii Prati – ob senectutem impotentis – exercens, ostendit bullas episcopales dicti reverendi rectoris diei 27 iulii 1693; obtulit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum, male tentos; super quibus ordinavit ut infra. Insuper praesentavit policeas iuxta aedictum, positas in fine huius libri sub littera F. Quibus absolutis, ordinavit pro hac ecclesia parochiali ut sequitur. [51^v] Ordinata. Muri coemeterii laudabiliter sarciantur – provideatur fanale maius pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – provideatur bursa sericea *Deus* albi coloris pro amigdala – provideantur conopea omnium colorum pro ornando altari maiori – provideatur tronus decens, qui inservire possit tam pro expositione quam pro delatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – provideatur velum sericeum album superumerale – communicatis in Paschate distribuantur schedae et subinde recoligantur – tabernaculum seu custodia pro asservando sanctissimo Sacramento in maiori hebdomada restauretur et muniatur sera et clavi – publicentur indulgentiae a summis pontificibus concessae associantibus sanctissimum Sacramentum ad infirmos – obturentur foramina existentia sub tabernaculo altaris [51^v] maioris – provideatur palium violacei coloris cum suis pulvinaribus – locus oleorum sanctorum reparetur ita ut ibi eadem olea servari possint, quae custodiantur sub sera et clavi et ad illa dignoscenda incidantur vel pingantur verba *Olea Sancta* – altare sancti Rochi provideatur de tela cerata qua cooperiatur saltem portatile – idem altare claudatur a lateribus – de eadem tela cerata provideatur etiam altare sanctissimi Rosarii – rastra fontis baptismalis muniantur clavi et sera – fons vero dividatur et in altera eius parte fiat foramen fluens in sacrarium, quod fiat prope fontem – provideantur vascula pro oleis sacris ad usum baptisterii saltem stamnea – conficiatur liber in sacrista servandus pro registrandis missis quotidie in hac ecclesia celebratis, cum nomine et cognomine celebrantium – ostium sacrarii in pariete existentis muniatur sera et clavi - [52^v] confessionale quod unicum est comodiori et decentiori in loco collocetur – tempore doctrinae christianae separentur homines a mulieribus tela extensa per medium ecclesiae – missalia provideatur de missis novissimis – calix sarciantur et intus inauretur nec non inaurentur tres patenae – provideantur unicum saltem superpelliceum, vestis talaris et aspensorium – in sacristia provideatur labellum pro aqua benedicta ad usum sacerdotum celebrantium – provideatur capra

coloris nigri pro exequiis defunctorum – provideantur telae stragulae pro cooperiendis altaribus – provideantur quatuor vascula cum suis palmis florum similium pro altari maiori nec non duo pro qualibet alio altari – in libris baptizatorum observavit patrilos adhiberi sacerdotes et etiam viros duo simul tenentes ideoque [52^v] mandavit observari Concilium tridentinum et constitutiones huius diaecesis, scilicet sacerdotes et clericos tenere e sacro fonte sine licentia episcopali et pro patrilis adhiberi unum tantum virum vel unam mulierem vel unum et unam – mandata sive licentiae episcopales in matrimoniis cum aliqua dispensatione publicationum servantur in fillo – in partitis matrimoniorum exprimantur dies publicationum et testes rogentur et ut rogati describantur – in libris mortuorum registrentur etiam infantes defuncti, describendo locum ubi sepulti sunt.

[A margine: Sant'Antonio di Casale] Subinde visitavit publicum oratorium sub invocatione Sancti Antonii recenter anno, scilicet 1725, a fundamentis erectum a nobili domino Ioanne Donato de Gazolis in contracta seu communitate Casalis, infra limites parochialis ecclesiae Zaghi. Hoc oratorium est eleganter constructum, cum fornice tabulisque depictis hac illac ornatum et a dictis patronis de Gazolis honorifice de omnibus manutentum. Unicum in eo extat [53] altare ex marmoribus compactum, cum portatili et effigie eiusdem sancti Antonii, pariter ex marmore sculpta. Assertum fuit nullum extare onus missarum et ex sola devotione fieri sacrum. Retro altare habetur sacristia in quam ingreditur per duas ianuas a lateribus altaris, ubi visitavit sacras suppellectiles ac vasa sacra cognovitque de omnibus optime esse provisum omniaque recte et laudabiliter esse tenta; quapropter laudavit nobilium patronorum solertiam et pietatem. Hoc oratorium visitantes die festo sancti Antonii patavini fruuntur indulgentia plenaria vi brevis apostolici dati Romae die 13 augusti 1734, ad septennium concessa. Quibus confectis, in domum praefatam dominorum comitum de Gazolis se se recepit paratumque prandium sumpsit. Die iovis 11 augusti 1735 post prandium. Clausa de more sua pastoralis visitatione parochialis [53^v] ecclesiae Sancti Petri in Vincula Zaghi, illustrissimus et reverendissimus praesul cum gratiarum actionibus plurimum a reverendo rectore, clero et populo deveneratus, statutum iter suum pro hac die ad parochialem ecclesiam Sancti Osvaldi Ceri suscipiens, ab hominibus Zaghi frequententer explosionibus ad eorum confinia ducitur. Quo perventus, quadriga a bobus ducta vectus, in primis rusticanam militiam hominum Ceri obviam habuit plurima explosione dominationem suam illustrissimam et reverendissimam excipientem ac salutantem, qua militia praeunte in progressu itineris clerus et populus processionaliter occurrit, quibus omnibus associatus sonantibusque campanis devote et laetanter ad parochiales aedes ductus fuit, quibus contentus in iisdem quieti se tradidit et pernoctavit. Die veneris 12 augusti 1735. Convocato populo omnibusque opportune dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, sub baldachino [54] [A margine CERO] a quatuor selectis viris gestato receptus in egressu domus parochialis, super pulvinaribus stratis genuflexus oblatam sibi a reverendo domino Bartholomaeo Giberti, huius parochialis curato amovibili, crucem deosculatus est et, processionaliter praecedente populo et clero consueta decantante, parochialem ecclesiam adivit. In eiusdem limite populum genuflexum aqua benedicta aspersit et thurificationis honore a dicto reverendo curato praestito recepto, solemniter ecclesiam ipsam ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pie oravit; inde altare ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam omnibus adstantibus de suo mandato publicatam impartitus est. Sibi paratum tronum ascendit et, pontificalibus violacei coloris indutus, pro fidelibus defunctis in ecclesia et coemeterio, a cornu epistolae ecclesiae contiguo, de more exequias pie persolvit. [54^v] Sumptis deinde sacris vestibis coloris albi, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea in cupa auro linita interna sua parte, in reliquis cuprea bene et decenter custoditum. Factis perquisitionibus, cognovit sub hac cura animae quae sacram communionem sumunt 374 numerari, in totum vero 554 nullamque in Paschate – Deo dante – inconfessam fuisse; paschali tempore communicatis distribui schedas; debitis temporibus sanctissimum Sacramentum renovari; cum eodem solemniter in festo Corporis Christi fieri processionem; dum contingit ad infirmos deferri, populum per consueta signa convocari, associantibus impartitas indulgentias publicari et opportuna ac necessaria pro devota associatione extare. Ante sanctissimum Sacramentum nocte dieque ardet lampas sumptibus communitatis, cuius est de cereis et de [55] omnibus ecclesiam totam manutene. Huiusmodi ecclesia parochialis est sub invocatione Sancti Osvaldi nec constat illam esse consacratam; eiusdem est curatus ammovibiliter electus et praesentatus ab hominibus et communitate dicti loci, cum mandato episcopali die 18 martii 1735, reverendus dominus Bartholomaeus Giberti. Inde paterna charitate quamplures utriusque sexus fideles propriis manibus eucharistico Pane cibavit. Porro devota emissa praeparatione pro sacro faciendo, sacerdotalibus indutus sacrosanctum missae sacrificium peregit iterumque nonnullis christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit. Tandem actis Deo optimo maximo debitis gratiis, ad

aedes parochiales reversus est et prandium sumpsit. Die antedicta 12 augusti 1735 post prandium. Convocato populo per consueta signa pro exercitio habendo doctrinae christianae, illustrissimus et reverendissimus praesul, honorifice receptus et concomitatus, ad praedictam [55^v] parochialem ecclesiam venit, quam per consuetas ceremonias ingressus est. Inde in sibi parato trono sedens, diligenter perquisivit de ordine et frequentia doctrinae christianae et, eiusdem exercitium tenens, per quamplures interrogationes de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus pueros et puellas expertus est et, cum animi sui laetitia, bene instructos invenit. Cum vero huiusmodi tam sanctum opus tantae necessitatis et emolumenti plurimum sibi sit cordi, illud quam maxime in Domino omnibus et singulis comendavit. Porro pontificalibus indutus affluenti populo utriusque sexus Confirmationis sacramentum ministravit. Inde ad aedes parochiales se restituit, in quibus una cum suo visitationis vicario pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: reverendus dominus Bartholomaeus Giberti, sacerdos curatus huius parochialis ecclesiae Sancti Osvaldi Ceri, ad quam fuit ab hominibus et communitate eiusdem loci ammovibiliter [56] praesentatus et cum mandato episcopali diei 18 martii 1735 ad annum approbatus, quod mandatum ostendit et simul praesentavit policeas iuxta aedictum, in fine huius libri sub littera G repositas. Ostendit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum, bene digestos. Idem reverendus dominus Bartholomaeus Giberti est vicarius foraneus cum subiectione ecclesiarum et cleri Ceri, Azzaghi, Lughi et Lughezzani. Interrogatus de registro congregationum iuxta constitutiones debitae temporibus hic habitatum, respondit nullum registrum habere, de qua negligentia illustrissimus et reverendissimus praesul conquestus est et ordinavit prout infra in ordinatis. Interrogatus de eius clero et populo, recte respondit nihilque habere de quo indoleat. Vivit una simul cum Dominica eius matre et Dominico Giberti eius nepote. Reverendus dominus Hyacinthus Pogiese, sacerdos de Cero aetatis [56^v] suae annorum 40 circiter, ordinatus ad titulum sui patrimonii et confessarius, cum mandato episcopali die 18 octobris 1734 ad annum concessio. Reverendus dominus Antonius Perodi, sacerdos Ceri 34 circiter annos natus, ordinatus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis et confessarius, cum mandato episcopali die 23 februarii 1735 ad annum confirmato. Reverendus dominus Dominicus Perini, sacerdos de Cero aetatis suae annorum 27 circiter, ordinatus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Reverendus dominus Andreas Noati, sacerdos de Cero 38 circiter annos natus, ordinatus ad titulum sui patrimonii in bonis patrum, confessarius cum mandato episcopali die 9 iulii 1735 ad annum confirmato. Reverendus dominus Angelus Busato, sacerdos de Cero 55 circiter annos natus, ordinatus ad titulum sui patrimonii, confessarius cum mandato episcopali diei 18 iunii 1735 ad annum confirmato. [57] Venerabilis clericus subdiaconus Melchior Calzaveri de Pratis, filius Gasparis, aetatis suae annorum 23 circiter, ad sacrum subdiaconatus ordinem promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Qui omnes debita cum deveneratione eorum mandata et requisita obtulerunt, quae visa restituta fuerunt. His absolutis, quieti indulgit et pernoctavit. Die sabbathi 13 augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus praesul, consuetis frequentatus honoribus, sub baldachino receptus, in ecclesiam ut ante descendit, quam per solitas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piam pro celebratione missae emisit praeparationem sacerdotalibusque paramentis indutus, sacrocanctum missae sacrificium absolvit et nonnullis utriusque sexus Eucharistiae sacramentum ministravit. Deinde supplicationibus sibi humiliter porrectis pro [57^v] benedictione palae favorabiliter annuendo, praescripto servato ritu, palam in tela depictam sanctam Tuscanam representantem, a pietate nobilium dominorum comitum de Gazolis, communitatis dicti loci Ceri donatam, ad altare eidem sanctae dicatum ab ipsamet communitate erigendum collocandam benedixit. Actis vero Deo optimo maximo debitae gratiis, nulli labori parcendo aliquibus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Postea visitavit olea sancta, a cornu evangelii altaris maioris in loculo marmoreo ad hoc eleganter constructo et in capsula nucea et vasculis stanneis sub ostiolo ferreo sera et clavi invenit, bene tenta et custodita. Sacrum fontem baptismatis, a cornu evangelii versus finem ecclesiae in capellula decenti erectum, rastris ligneis munitum nec non sera et clavi bene tentum et custoditum. Duo confessionalia pro excipiendis sacramentalibus [58] poenitentium confessionibus exposita. Altare maius, anno 1704 ex marmoribus reaedificatum, cum portatili et icona in choro erecta non vulgaris picturae; manutinetur a communitate et ex eleemosinis aliqua in parte a societate sanctissimi Sacramenti antiquitus ibi erecta, quae tamen nullos habet redditus nec onera. Altare sancti Bernardi, pariter marmoreum cum portatili et icona non vilis picturae, de ratione communitatis, manutentum tamen ex piorum eleemosinis, a societate eiusdem sancti Bernardi cum bullis pontificiis datis Romae die 13 aprilis 1637 ibi erecta, pro cuius confratribus defunctis. Altare ipsum est privilegiatum in die commemorationis Omnium Defunctorum, in octava et feria secunda cuiuslibet haebdmadae, prout ex brevi apostolico ad septennium die 18 augusti 1734 concessio. Dicta societas nullis fruitur redditibus nullisque obnoxia est oneribus. [58^v] Altare sancti Antonii patavini, ex marmoribus compactum cum portatili et icona, de ratione communitatis, a qua manutinetur et in eo

celebratur ex devotione. Altare beatæ Mariæ Virginis sanctissimi Rosarii quoque marmoreum cum portatili et effigie sculpta eiusdem beatæ Mariæ Virginis, sacris mysteriis ornata circum depictis. Hic ab anno usque 1607 extat erecta societas eiusdem sanctissimi Rosarii, quæ ex piorum eleaemosinis, cum nulla sint onera et redditus, manutinet. Idem altare privilegiatum pro confratribus defunctis in die Commemorationis Defunctorum, in octava et in qualibet die sabbathi cuiuslibet hebdomadae, prout ex brevi apostolico dato Romæ ad septennium die 14 augusti 1734. Visitavit sacristiam ibique vasa sacra sacrasque suppellectiles, de quibus est opportune provisam. Vidit demum totam ecclesiam et coemeterium, in qua non extat suggestum. Visitantes huiusmodi ecclesiam parochialem die titularis sancti Usvaldi utriusque sexus fideles fruuntur [59] indulgentia plenaria, prout liquet ex brevi apostolico dato Romæ die 18 augusti 1734 ad septennium. Illustrissimus dominus vicarius visitationis expertus est infrascriptas obstetrices, scilicet: Helisabeth Boschetti, vidua quondam Michaelis Brutti, ætatis suæ annorum 40 circiter; Dominicam Erbesti, uxorem Ioannis Baptistæ Robele, ætatis suæ annorum 60 circiter; Luciam Brutti, vidua quondam Thomæ Cristani, quas bene instructas invenit et approbavit. Inde a fide dignis diligentes sumpsit informationes de vita, moribus ac diligentia in suo munere præstando reverendi curati aliorumque sacerdotum et cleri et de omnibus bene relatum fuit. Quibus habitis factisque infrascriptis ordinationibus ac delegata visitatione publici oratorii Sanctorum Petri et Pauli infra limites huius parochialis illustrissimo domino vicario antedicto, illustrissimus et reverendissimus præsul, cum recitatione *De Profundis*, suam clausit parochialem visitationem [59] et ad aedes parochiales reversus, properata iam hora, prandium sumpsit. Ordinata. Provideatur parva pixis argentea intus inaurata – ianua tabernaculi vestiatur intus panno serico albi coloris – provideatur fanale maius quod præcedat dum defertur sanctissimum Sacramentum ad infirmos – provideatur imago sculpta Domini nostri Iesu Christi resurgentis erigenda in apice tabernaculi tempore paschali; caeteris temporibus in culmine dicti tabernaculi extet crux erecta et removeatur imago angeli modo existens – partitæ matrimoniorum describantur ordine alphabetico per nomen mulieris – conficiatur liber pro registrandis congregationibus in hac vicaria iuxta constitutiones habendis et definitionibus casuum nec non frequentia et absentia confratrum – alter conficiatur liber in sacristia servandus pro registrandis missis in hac ecclesia quotidie celebratis cum [60] nomine et cognomine celebrantium – locus oleorum sanctorum vestiatur intus panno violacei coloris – confessionalia muniantur imaginibus devotis a parte poenitentium et eorum crates firmentur – portatile altaris sancti Antonii paulisper deprimatur et firmetur in mensa. Die antedicta 13 augusti 1735 post prandium. Intimata pro hac die a prandio pastoralis visitatione parochiali ecclesiae Sancti Bernardi Abbatis Lughezzani, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus Cerum reliquit et, receptis pluribus devenerationis et grati animi argumentis a clero et populo eiusdem loci, equitando dicti loci rusticana militia praeunte, ad confinia usque ad præfatam parochialem Lughezzani iter suum suscepit. In itinere illustrissimus dominus vicarius visitationis, demandatam sibi infrascripti oratorii visitationem adimplens, [60] [a margine Santi Pietro e Paolo] visitavit publicum oratorium sub invocatione Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, in contrata Arzereti infra limites parochialis ecclesiae Ceri erectum, de ratione illorum de Perinis, familiarum scilicet Ioseph, Marci Antonii, Petri et Stephani de Perinis, a quibus de omnibus manutinetur. Unicum vidit et visitavit altare marmoreum cum portatili et icone a præfatis familiis provisum et manutentum. Ibi ex legato quondam reverendi Nicolai Perini, defuncti 22 augusti 1729, in actis domini Ioannis Baptistæ Seriatii notarii duodecim missae in anno celebrandae sunt, quibus modo satisfacit reverendus dominus Dominicus Perini sacerdos, stipe tradita a Iosepho Perini fratre et haerede prædicti testatoris. Vidit et visitavit sacristiam, a latere evangelii erectam ibique sacras suppellectiles pro sacro faciendo et sufficienter provisam invenit. Unicam vidit ianuam in viam publicam et unicam campanam. In medio ecclesiae in lapide sepulchrali haec leguntur verba: SEPULcrum DE PERINIS MDCC. [61] Super porta exteriori in parte in lapide sculpta haec inspicitur memoria, scilicet: Deo Optimo Maximo / Deiparae Virgini et / sanctis Petro et Paulo Apostolis / hoc sacellum familia Perini dicavit anno Domini 1698. Quibus absolutis, iter proseguendo Lughezzanum versus, ad illustrissimum et reverendissimum dominum dominum episcopum venit. Cum vero perventum fuit ad confinia Lughezzani, præcedentibus hominibus Ceri, præsto fuit populus Lughezzani cum laetitia et explosionibus suam illustrissimam et reverendissimam dominationem suscipiens; subinde occurrit processionaliter doctrina christiana cum reverendo curato et clero, a quibus omnibus concomitatus, piis laudibus decantatis sonantibusque campanis, ad domum parochialem perducitur, ubi suam fixit mansionem et paulisper quievit. Interim, omnibus opportune dispositis pro sua pastoralis [61] incoanda visitatione [a margine: LUGHEZZANO], illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, sub baldachino receptus, deosculata cruce in egressu domus sibi a reverendo domino Dominico Zampieri curato oblata, processionaliter ad ecclesiam parochialem Sancti Bernardi Abbatis de Lughezzano se contulit. In limine

ianuae maioris genuflexum populum aqua benedicta aspersit et thurificationis honore a praedicto reverendo curato praestito, ecclesiam ipsam solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces fudit; deinde altare ascendit et, decantata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam, de suo mandato – confessione praemissa – publicatam, omnibus adstantibus impartitus est. Ad trinum sibi paratum venit ibique pontificalibus violacei coloris indutus est et tam in ecclesia quam in coemeterio – quod circuendo visitavit – consuetas pro defunctis exequias absolvit. Sumptis vero sacris vestibus coloris albi, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit [62] sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo auro linito et in pixide argentea intus inaurata, sub sera et clavi bene et tute custoditum. Sub hac ecclesia et cura, quae ab Ecclesia Nova dismembrata fuit et in parochialem erecta per sententiam illustrissimi et reverendissimi domini domini Marci Gradonici episcopi veronensis diei 10 februarii 1721 numerantur animae quae sacram communionem recipiunt 140, in totum vero 166, quarum nulla fuit in Paschate inconfessa. Lampas ante sanctissimum Sacramentum nocte dieque ardet accensa, sumptibus eiusdem contratae seu communitatis, cui onus incumbit manutenendi totam ecclesiam: altaria, sacristiam, sacras suppellectiles, cereos et intortitia pro associando sanctissimo Sacramento et processionibus sacrisque functionibus faciendis coeteraque omnia prout et domum parochialem, vi praedictae sententiae separationis et in novam parochialem erectionis. Vidit fanalia, amigdalum, umbellam, trinum coeteraque [62] opportuna pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos, quod dum contingit convocatur populus per consueta signa et associantibus impartitae indulgentiae publicantur. Debitis temporibus renovatur sanctissimum Sacramentum et cum eodem festo Corporis Christi sollemnis fit processio. Extat societas eiusdem sanctissimi Sacramenti, sine tamen oneribus et redditibus. Iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, populo benedixit illudque reposuit. Subinde visitavit olea sancta, in quodam loculo ad hoc parato a cornu evangelii altaris maioris in tribus vasis stanneis et altero pro infirmis argenteo, sub ostiolo ligneo clavi et sera munita custodita. Dicta olea singulis annis, veteribus combustis, percipiuntur ab ecclesia matrice Ecclesiae Novae, cuius est filialis et huiusmodi filialis curatus tenetur accedere et inservire reverendo rectori matricis Ecclesiae Novae quolibet anno in benedictione sacri fontis, [63] quo die id fieri contingit ut in dicta sententia erectionis in novam parochialem, cui et cetera. Visitavit fontem baptismalem, in quadam capellula a cornu evangelii constructa erectum, bene et tute custoditum. Unicum vidit confessionale pro excipiendis fidelium poenitentium sacramentalibus confessionibus. Visitavit altare maius, marmoreum in mensa et gradibus, cum portatili et tabernaculo ligneo auro linito, retro extra chorum a lateribus ianuae lignae. Habetur societas sanctissimi Sacramenti, ut iam dictum est, sine tamen redditibus et oneribus. Altare beatae Mariae Virginis Septem Dolorum, de ratione ecclesiae, ex marmoribus collustratis a pietate reverendi domini Dominici Zampieri curati aedificatum, cum portatili et effigie exculpta eiusdem beatae Mariae Virginis. Hic extat erecta societas ipsius beatae Mariae Virginis Septem Dolorum, cum litteris patentibus prioris generalis ordinis servorum beatae Mariae Virginis diei 18 martii 1712, quae societas nullis fruitur redditibus [63] et nulla habet onera; ex piorum tamen eleemosinis manutinet altare. Ad hoc altare plurima pendent dona dictae beatae Virginis dicata et in lapide sequens legitur inscriptio: “D. M. Dispositio quondam Ioannis de Zamperi nec non pia voluntas Ioannis de Cristofolis completa est a reverendo domino Dominico de Zamperiis anno Domini MDCCXII”. Altare alias sancti Antonii, cuius miracula adhuc circumpecta videntur, modo sancti Francisci, marmoreum cum portatili et statua eiusdem sancti Francisci nec non statu a lateribus sancti Antonii et sancti Dominici. Fuit aedificatum a pietate praedicti reverendi domini Dominici Zamperi curati; manutinetur vero a societate eiusdem sancti Francisci, hic erecta cum litteris patentibus generalis ordinis serafici sancti Francisci, datis Romae 9 februarii 1732, cuius tamen non sunt redditus nisi piorum eleemosinae nec sunt onera. [64] Hoc altare est privilegiatum pro confratribus in die et octava commemorationis mortuorum et qualibet sexta feria cuiuslibet hebdomadae, cum brevi pontificio dato Romae die 20 martii 1732 ad septennium. In hac ecclesia haec sunt onera missarum, scilicet: missae quindecim quolibet anno in perpetuum ex legato quondam Dominici Zanini de Lughezzano, cuius est commissaria dicta contracta Lughezzani, prout in actis Ioannis Borgheti notarii. Item missae quadraginta quolibet anno per sexaginta tamen annos ex legato quondam Ioannis Zamperi in actis domini Petri Zanella notarii de Gretiana, qui Zamperi obiit anno 1710 et a tunc temporis incipit praedictum legatum; quas missas Zamperi et Zanini celebrat reverendus curatus eiusdem ecclesiae parochialis. Haec ecclesia est divo Bernardo abbati dicata et non consecrata et erat simplex ecclesia, prout liquet in visitatione Gradonica die 14 septembris 1720 habita, in qua institum fuit pro separatione et dismembratione [64] a parochiali Ecclesiae Novae, intra cuius limites est erecta; quae separatio et dismembratio postea decreta fuit – ut iam dictum est – per sententiam 10 februarii 1721, ut in actis huius cancellariae episcopalis, cum onere hominibus et contratae Lughezzani non solum manutenendi totam ecclesiam, sacristiam et domum parochialem et erogandi

quotannis reverendo curato ducatos octuaginta de grossis triginta octo pro quoque, liberos a quocumque gravamine nec non etiam processionaliter accedendi omni anno ad matricem Ecclesiae Novae cum oblatione unius intortitii cereae albae ponderis librarum quatuor et ducatorum quatuor de grossis triginta uno pro quoque. Quibus habitis, ad aedes suae mansionis se se recepit et incoenatus pernoctavit. Die dominico 14 augusti 1735. Accito per consueta signa et congregato populo ad dictam parochialem ecclesiam Sancti Bernardis Abbatis, illustrissimus et reverendissimus praesul sub baldachino cum deveneratione [65] receptus venit, quam per consuetas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piam pro missae celebratione praeparationem emisit; postea sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et postea quampluribus utriusque sexus christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum paterno amore ministravit. Inde diligenter perquisivit de cultu, ordine et frequentia doctrinae christianae et, cum huiusmodi sanctum opus eidem plurimum cordi sit, per varias interrogationes pueris et puellis factas de rebus fidei et ad aeternam salutem spectantibus, quomodo hic populus edoctus sit expertus est et – Deo dante – tam proficuum opus comendabile invenit, ad cuius cultum magis magisque exercendo omnes et singulos enixe in Domino hortatus est. Interim illustrissimus dominus vicarius et cetera visitavit sacristiam, prope altare maius a latere evangelii erectam et in ea vasa sacra sacrasque suppellectiles, de quibus bene [65^v] provisum esse invenit. Expertus est quoque duas obstetrices, scilicet Dominicam Zagati, vidua quondam Simonis Morandini aetatis suae annorum 45 circiter et Antoniam Piccoli quondam Ioseph Stevanoni, aetatis suae annorum 55 circiter; quas bene instructas reperiit, maxime de conferendo sacramento baptismatis in casu necessitatis. Vidit sacram reliquiam de spina Domini nostri Iesu Christi, repositam in theca ornata ex auricalco bene sigillatam cum documentis pro eiusdem autenticitate illustrissimi et reverendissimi domini Henrici Lasso de La Vega episcopi taumacensis diei 18 aprilis 1530 et in hac curia episcopali recognitam sub die 13 octobris 1734, pro cuius reliquiae expositione vidit quoque ostensorium argenteum. Iterum illustrissimus et reverendissimu praesul, piorum votis annuendo, nonnullis eucharisticum Panem erogavit et subinde Confirmationis sacramentum ministravit. Quibus absolutis factisque infrascriptis ordinationibus, ad suae mansionis aedes reversus est, aliis suae visitationis negotiis vacaturus et prandium sumpturus. [66] Ordinata. Portatile altaris maioris paulisper elevetur et obturentur eiusdem rimulae – confessionale quod est unicum muniatur imagine devota a parte poenitentis – provideatur feretrum vulgo *capra* pro exequiis defunctorum – conficiatur liber in sacristia servandus pro registrandis quotidie missis in eadem ecclesia celebratis, cum nomine et cognomine celebrantium. Coram illustrissimo et reverendissimo domino praesule, pro tribunali sedente, comparuit reverendus dominus Dominicus Zamperi, sacerdos de Lughezzano aetatis suae annorum 65 circiter, curatus huiusmodi ecclesiae parochialis amovibiliter electus ac praesentatus ab hominibus et contrata Lughezzani, approbatus vero ab illustrissimo et reverendissimo episcopo cum suo mandato ultimo loco ad annum die 25 maii 1735 confirmato. Ostendit libros parochiales matrimoniorum, baptizatorum et mortuorum, ordine alfabetico bene digestos et tentos. [66^v] Praesentavit insuper polliceas iuxta aedictum, quas in fine huius libri sub littera **H** reposui. Interrogatus de suo clero et populo et an adsint publici peccatores, usurarii, adulteri, haeretici vel suspecti de haeresi, respondit nullum sacerdotem vel clericum praeter se in hac parochia haberi; de populo vero bene respondit et nullum praefatorum generum hominem habere. Postea vocatis fide dignis praedicti loci hominibus, diligenter perquisivit de vita, moribus et officio reverendi curati, de quo optime habuit. His absolutis, prandium sumpsit. Die antedicta 14 augusti 1735 post prandium. Licet caelum plueret, minime detentus, pastoralis parochialis ecclesiae Sancti Bernardis Abbatis de Lughezzano visitatione de more clausa, plurimum devenerationis gratique animi argumentis a clero et populo dicti loci receptis, immo ab eiusdem loci rusticana militia usque ad confinia concomitatus nec non deveneratus [67] et reverenter receptus a reverendo domino Ioanne Pasi rectore Sancti Antonii Abbatis Vallis Pori, Lughezzanum reliquit et equitando ad parochialem Vallis Pori firmo animo, viarum asperitate superata, iter fecit. Multa laetitia a populo receptus plurimisque explosionibus salutatus, in aedes parochiales se se recepit, in quibus suam fixit mansionem et obsequii a clero et communitate officiis praestitis, incoenatus pernoctavit, diem crastinam pro incoanda sua pastoralis visitatione decernens.

[A margine: VAL DI PORO] Die lunae 15 augusti 1735. Convocato iam populo per consueta signa omnibusque opportune dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino reverenter receptus ac deosculata cruce sibi genuflexo in egressu domus a reverendo rectore oblata, processionaliter, consuetis decantatis, sonantibus campanis, explosionibusque obstrepentibus, parochialem ecclesiam Sancti Antonii Abbatis Vallis Pori petiit. In limine ianuae maioris, aspergillo recepto, populum aqua benedicta aspersit et trina thurificatione ab eodem [67^v] reverendo rectore honoratus fuit. Porro parochialem ipsam solemniter ingressus, ante altare maius genuflexus, pias preces Deo fudit et interim, consuetis decantatis, altare ascendit recitataque titularis oratione, populo suamque episcopalem indulgentiam

se suo mandato publicatam, praemissa confessione, impartitus est. Paratum sibi tronum a cornu evangelii ascendit indutusque sacris violacei coloris paramentis, consuetas pro defunctis exequias absolvit in ecclesia et coemeterio ante et circum ecclesiam existente, quod visitavit. Subinde sumptis sacris vestibus albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo eleganter ex marmoribus constructo et pixide in cupa argentea intus inaurata sub ostiolo ferreo et clavi decenter et tute custoditum. Ex factis perquisitionibus habuit huiusmodi parochialem ecclesiam fuisse die 10 iulii 1481 consecratam dominica secunda eiusdem mensis, quo die colitur annum [68] festum ipsiusmet dedicationis; animas quae sacram communionem sumunt sub hac cura numerari 247, in totum vero 350 et nullam – Deo dante – fuisse in Paschate inconfessam. De lampade quae die nocteque ante sanctissimum Sacramentum ardet providere communitatem, prout de cereis et de omnibus altare ac totam ecclesiam. Opportuna extare pro decenti associatione sanctissimae Eucharistiae ad infirmos, amygdalam scilicet, fanalia, umbellam, tronum et alia quae vidit cum ostensorio. Communicatis in Paschate distribui schedas; die festo Corporis Christi solemnem fieri processionem cum sanctissimo Sacramento illudque debitibus temporibus renovari et, dum contingit ad infirmos deferri, populum convocari per consueta signa associantibusque impartitas a summis pontificibus publicari indulgentias. Iterumque praemissis adoratione, hymno et thurificatione, populo benedixit et confluenti populo utriusque sexus propriis manibus paterno amore eucharisticum [68^v] Panem distribuit. Inde genuflexus piam pro celebratione missae praeparationem emisit indutusque sacerdotalibus paramentis sacrosanctum missae sacrificium absolvit, quo absoluto denuo sacram Eucharistiam nonnullis ministravit. Porro actis Deo optimo maximo debitibus gratiis, ad aedes parochiales se restituit et prandium sumpsit. Die antedicta 15 augusti 1735 post prandium. Pio doctrinae christianae operi vacaturus, illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus, honorifice exceptus comitatusque in praefatam ecclesiam, convocato iam populo, descendere voluit, quam per consuetas ceremonias ingressus est et facta, genuflexus, ad Deum devota oratione, tronum ascendit. Cum reverendus rector antedictus dupplici poetice compositione vulgo *sonetti* ac panegirica oratione eiusdem complectente laudes et merita honoratum voluit, quae – licet invitatus – benigne tamen audivit. Subinde diligenter de doctrina christiana, cum huiusmodi [69] sanctum opus plurimum sibi sit cordi, perquisivit et qualis sit ordo, frequentia et cultus cognoscere voluit necnon quomodo de ea edoctus sit populus ac propterea pueros et puellas de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus per quamplures interrogationes expertus est, ex quibus hoc tam proficuum sanctum opus, cum animi sui laetitia, laudabiliter excolli cognovit. Confecto hoc pio exercitio, Confirmationis sacramentum quampluribus utriusque sexus christifidelibus ministravit. Postea visitationem suam proseguendo, visitavit olea sancta, in arcula marmorea a cornu evangelii decenter constructa et in vasculis stanneis sub ostiolo ferreo, clavi et sera tute custodita, quae quotannis, veteribus combustis, percipiuntur a parochiali Roboreti Veli. Sacrum fontem baptismalem, in capellula a cornu evangelii versus finem ecclesiae erectum, rastris ligneis [69^v] munitum et sub sera et clavi tentum. Duo vidit confessionalia pro sacramentalibus poenitentium confessionibus excipiendis, quorum alterum, cum sit parum decentis formae, ordinavit ut in ordinatis. Altare maius cum portatili, marmoreum usque ad gradus inclusive, in reliquis ligneum, a communitate manutentum. Habetur societas sanctissimi Sacramenti hic erecta cum bullis summi pontificis Pauli V, datis Romae apud Sanctum Petrum die 7 martii 1607, pontificatus sui anno tertio. Eadem societas tenetur per annos 50 inceptos anno 1728 celebrare facere missas duodecim quolibet anno ex legato quondam Michaelis Becherle, quas celebrat reverendus rector; caeterum nulla alia habet onera nec redditus. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum cum portatile et effigie exculpta eiusdem beatae Mariae Virginis, depictis circum sacris mysteriis ornata, manutentum a communitate una cum societate hic erecta sub invocatione ipsiusmet beatae Mariae Virginis, cum bullis summi pontificis Pauli V [70] datis Romae idibus aprilis 1617, pontificatus sui anno duodecimo. Dicta societas habet onus missarum duodecim quolibet anno ex legato quondam Michaelis quondam Leonardi Becherle, cui satisfit reverendus rector huius parochialis. Nulla alia habet onera nullosque redditus. Altare sancti Antonii abbatis in mensa marmoreum in reliquis ligneum, cum portatili et effigie eiusdem sancti Antonii in ligno sculpta; manutenetur a communitate, ad quam altare ipsum pertinet. In eo celebratur aliquando ex devotione, cum careat oneribus et redditibus. Altare sancti Francisci, marmoreum pariter in mensa et in reliquis ligneum cum portatili et icone, de ratione communitatis, quae illud de omnibus manutenet. In hoc altare habetur perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum fundatum a quondam reverendo domino Horatio Vinco, rectore huius ecclesiae cum resservatione iuris patronatus eligendi et praesentandi familiae Vinco dicti loci Vallisporri, cuius beneficii rector ad praesens est reverendus dominus Ioannes [70^v] Baptista Vinco, cum onere celebrandi missas duas in quolibet mense, quas celebrat reverendus dominus Antonius Vinco, nepos praedicti reverendi domini Ioannis Baptistae rectoris, stipe tradita ad

haeredibus dicti quondam reverendi domini Horatii Vinco. Altare Omnium Sanctorum ex ligno constructum cum portatili et icone, de cura communitalis, quae de omnibus illud providet et manutinet. In eo celebratur aliquando, cum nulla sint onera neque redditus. Vidit sacram reliquiam, partem scilicet ossis ischii sanctae Fortunatae martyris, in reliquiario decenter servatam et in arcula prope campanile custoditam, recognitam iam in visitatione habita die X septembris 1720 ab illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico episcopo veronensi. Visitavit sacristiam retro altare extructa cum armariis nuceis ibique sacras suppellectiles, indumenta sacerdotalia ac vasa sacra coeteraque opportuna ad sacrum faciendo sacrasque functiones peragendas, quas bene tentas et bene provisum esse invenit. Demum totam vidit ecclesiam et subinde ad aedes parochiales [71] se se restituit. Coram quo comparuit reverendus dominus Ioannes Pasi, modernus rector huius parochialis Vallisporri et, ea qua decet reverentia, ostendit bullas episcopales institutionis et provisionis huiusmodi beneficii, datas Veronae 11 iunii 1732, ad quod electus et praesentatus fuit a communitate et hominibus eiusdem loci ad quos iuspatronatus spectat. Praesentavit quoque policeas iuxta aedictum visitationis, repositas in fine huius libri sub littera I. Demum examinandos praebeuit libros parochiales, scilicet baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum, quos lustravit et bene confectos ac digestos invenit. Interrogatus de sua ecclesia, dixit vicariae foranae Erbezii subesse et ex quodam libro eiudem ecclesiae ab extra inscripto *Catasto dell'origine et entrata della chiesa di Sant'Antonio di Valdisporro* accepisse hanc suam ecclesiam sub titulo Sancti Antonii Abbatis consecratam fuisse die 10 iulii 1581 ab illustrissimo et reverendissimo domino Dominico Vascrao archipresbytero (Spoleti?) nec non suorum causa Veronam pervento et ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo [71v] veronensi specialiter delegato. Ipsammet suam parochialem ecclesiam smembratam fuisse a plebe Ecclesiae Novae ab illustrissimo et reverendissimo episcopo Augustino Valerio die 3 iunii 1577 post multas et varias dissensiones et controversias inter utramque ecclesiam vigore compromissi in ipsomet illustrissimo et reverendissimo episcopo facti; dictae ecclesiae ultima manus admota fuit anno 1578. Redditus autem eiusdem esse qui descripti extant in policea ut supra praesentata. Interrogatus de suo clero et populo ac si sint publici peccatores, adulteri, usurarii, haeretici, vel de haeresi suspecti et recte de clero ac populo respondit nullumque habere huiusmodi farinae hominem. Quibus habitis, incoenatus pernoctavit. Die martis 16 augusti 1735. Cum infrascriptarum ecclesiarum seu oratoriorum infra limites parochialis Ecclesiae Novae erectorum visitatio demandata fuerit ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo illustrissimo domino vicario visitationis, idem illustrissimus dominus vicarius delegatam sibi [72] visitationem exequendo, summo mane consurgens ad infrascripta oratoria iter fecit et visitavit: [a margine: San Michel] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sancti Michaelis Arcangeli in contrata vulgo *dei Becherli e Tinazzi* infra limites parochialis Ecclesiae Novae, non multis ab hinc annis erectum, de ratione Dominici et Valentini fratrum de Becherlis, a quibus de omnibus manutinetur. Illud invenit decenti forma constructum, lapidibus stratum, fornice tectum et cum insita ianua super viam publicam. Unicum vidit et visitavit altare, ex lapidibus erectum cum portatili et palio ex corio et loco iconae cum effigie ex marmore sculpta sancti Michaelis arcangeli. A lateribus habet ianuas marmoreas, quae inducunt in chorum quo utitur loco sacristiae ibique visitavit sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo, in armario ex nuce servata et sufficienter provisum invenit. Hic celebratur singulis diebus festis ex legato quondam Michaelis Becherle, cui oneri satisficit reverendus dominus Antonius Vinco sacerdos [72v] Vallisporri, coeterum huiusmodi cappellania assignata est in titulum et pro parte sui patrimonii reverendi domini Ioannis Mariae Perozeni et insuper celebratur aliquando ex devotione et dum contingit sacra communione reficere infirmos contiguos; nam tunc ob commoditatem reverendus rector Ecclesiae Novae hoc oratorio utitur. Quapropter ibi servantur amigdala argentea, umbella, duo fanalia et alia, quae vidit. Ex factis perquisitionibus habuit huiusmodi oratorium canonice erectum fuisse de licentia illustrissimi et reverendissimi domini episcopi veronensis, facultate impartita benedicendi primum lapidem die 2 iunii 1724 ex supplicationibus habitantium contratae vulgo *dei Bacherli e Tinazzi*, dotatione facta a Michaeli quondam Leonardi Becherle unius petiae terrae montivae, prativae et pascolivae, sitae in pertinentia Vallisporri, vocatae *le Montagnole del Xauro*, una cum alia petia terrae prativae in eadem pertinentia cui choeret a duabus partibus mons Vallispanae, mane scilicet et a meridie ab alia parte partim Domus [73] Xauri et partim Ioannes Xauro, ab alia parte Baptista Xauro partim partimque haeredes Ioannis Tinazzo, camporum utraque simul triginta circiter, prout liquet in instrumento huius curiae episcopalis diei 9 maii anno 1724. Inde missam celebravit et ordinavit ut infra. *Ordinata*. Sacra paramenta quae indigent reparatione laudabiliter sarciantur – provideatur umbella decentior albi coloris ad usum deferendi sanctissimum Viaticum ad infirmos – in sacristia fiat fons pro abluendis manibus sacerdotum celebrantium cum suis manutergiis. Quibus habitis et cetera. [A margine: Sant'Anna] Visitavit subinde simplicem ecclesiam sive publicum oratorium Sanctae Annae dicatum, situm in contrata *di Piampiago dei*

Brutti infra limites parochialis Ecclesiae Novae, de iure familiarum de Brutis, a quibus una cum eleemosinis piorum dictae contratae manutentur; ex [73^v] quadam inscriptione incisa in marmore arguitur erectum anno 1619. Unicum extat altare marmoreum in mensa, in reliquis ligneum cum portatili et icone in muro picta cum effigie ex marmore sculpta divi Antonii. Hic celebratur diebus festis aliisque ex devotione per reverendum dominum Franciscum Tinazzi, sacerdotem de Ecclesia Nova, stipe tradita a pietate piorum huius contratae. In hoc oratorio habetur canonice erecta societas utriusque sexus fidelium sub invocatione sanctae Annae cum decreto episcopali 17 martii 1722, quae societas ex litteris pontificiis Benedicti XIII dato Romae apud Sanctam Mariam Maiorem 30 augusti 1726, pontificatus sui anno tertio, fruitur nonnullis indulgentiis et gratiis spiritualibus. Altare antedictum est privilegium pro defunctis confratribus et consororibus in die commemorationis omnium defunctorum et octava ac qualibet feria tertia, vi brevis pontificii dati Romae apud Sanctam Mariam Maiorem 1734 die 4 maii ad septennium concessum. Duo vidit confessionalia et portatilia pro excipiendis [74] sacramentalibus poenitentium confessionibus, ibi existentia de licentia reverendi rectoris Ecclesiae Novae. Et cum rector Ecclesiae Novae hoc oratorio utatur pro conficiendo Sacramento dum contingit deferri ab infirmos contiguos, vidit duo fanalia, amigdalum, umbellam et alia ad hoc parata. Visitavit sacristiam quae existit retro altare et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra, de quibus sufficienter provisum esse invenit. Antedictus reverendus dominus Franciscus Tinazzi, ut ante huius oratorii capplanus aetatis suae annorum 48, ad sacrum subdiaconatus ordinem promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato episcopali die 24 maii 1725, dato et ultimo loco confirmato ad annum die 12 iulii 1735, sua mandata et requisita reverenter ostendit, quae visa restituta fuere. Ordinata. Provideatur bursa sericea decens pro deferenda amigdala [74^v] tempore communionis infirmorum – sacra paramenta indigentia laudabiliter sarciantur. Quibus habitis, illustrissimus dominus vicarius antedictus ad illustrissimum et reverendissimum dominum dominum episcopum se se restituit, eiusdem visitationis negotiis vacaturus. Qui illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, honorifice receptus, ad eandem ecclesiam parochialem Sancti Antonii Abbatis Vallis Porri venit, quam per consuets ceremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piam emisit pro celebratione missae praeparationem; sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit. Nonnullis utriusque sexus christifidelibus eucharisticum Panem distribuit actisque Deo optimo maximo gratiis, Confirmationis sacramentum ministravit. His actis, cum nocte vigilaverit, nimis defessus, infrascriptis factis ordinationibus, in aedes parochiales se recepit et quieti se tradidit. Ordinata pro parochiali ecclesia Vallisporris. Provideatur fanale maius quod praecedat in associatione [75] sanctissimi Sacramenti ad infirmos – sacrarium fontis baptismalis tegatur et muniatur lapide superposito – confessionalia muniantur imagine devota a parte poenitentis, quorum alterum cum sit indecens ad formam canonicam et decenter reducatur – ad altare maius erigatur baldachinum quo et tabernaculum et mensa tegantur, quae mensa tela cerata cooperiatur – conficiatur liber in sacristia servandus in quo describantur quotidie nomina, cognomina et loca sacerdotum celebrantium – ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta fideliter adimpleantur. Coram illustrissimo domino vicario visitationis comparuerunt: reverendus dominus Antonius Vinco, simplex sacerdos Vallisporri promotus ad titulum sui patrimonii in bonis patrum, aetatis suae annorum 37 circiter. Reverendus dominus Thomas Vinco, sacerdos de Ecclesia Nova, curatus [75^v] Vallisporri, aetatis suae annorum 42, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis patrum, confessarius cum mandato episcopali dato die prima februarii 1733, confirmato ultimo loco ad annum die 24 iunii 1735. Reverendus dominus Michael Pezzo, sacerdos Vallisporri, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis propriis, aetatis suae annorum 71, ob quam ingravescentem aetatem et ob defectum auditum confessarii munere non fungitur. Qui omnes cum deveneratione respective eorum mandata et requisita ostenderunt et visa eiisdem restituta fuere. Subinde comparuerunt infrascriptae ostetrices, scilicet: Dominica Sauro, uxor Dominici Lesi et ... aetatis suae annorum 40 circiter: Cattarina Vinco, uxor Michaelis Pezzo aetatis suae annorum 40 circiter; Antonia Giobena, uxor Marci Vinco aetatis suae annorum 35 circiter; Dominica Rosolini, vidua quondam Ioannis Rosolini aetatis [76] suae annorum quinquaginta duorum circiter; Virginia Pezzo, uxor Antonii Gasparis aetatis suae annorum 30 circiter; Magdalena Scandola, uxor Gasparis Mesenelli aetatis suae annorum 47 circiter; Barbara Tinazzo, uxor Ioannis Sauro aetatis suae annorum 50 circiter; Barbara Rosolina, uxor Antonii Pezzo aetatis suae annorum 48 circiter; Magdalena Ferrari, uxor Simonis Sponda aetatis suae annorum 30 circiter et Angela Valbusa, uxor Vincentii Gandini aetatis suae annorum 52 circiter. Quas singulas expertus est maxime circa sacramentum baptismatis tempore necessitatis ministrandum et idoneas et instructas invenit. Praeterea diligentes a fide dignis testibus informationes sumpsit de vita et moribus ac diligentia in suo munere praestando reverendi rectoris et cleri et [76^v] bene ac cum laude responsum fuit. Item perquisivit an sint sub hac cura haeretici, concubinarii, usurarii et alii publici peccatores et habuit neminem huiusmodi notae hominem extare. Quibus habitis, prandium

sumpsit. Die antedicta 16 augusti 1735 post prandium. Absoluta et per consuetas coeemonias clausa pastoralis sua visitatione parochialis ecclesiae Vallisporri, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus hac die et hora iter suum ad parochialem ecclesiam Sancti Thomae Apostoli Ecclesiae Novae instituit. Receptus itaque devenerationis et grati animi argumentis a reverendo rectore, clerico et populo Vallisporri, obsequenter exceptus a reverendo rectore Ecclesiae Novae et honorifice a reverendo rectore et rusticana militia Vallisporri concomitatus usque ad confinia venit equitando, ubi cum benedictione dimisso populo Vallisporri, ab hominibus Ecclesiae Novae tubis et multiplici explosione laetanter recipitur, cui in itinere processionaliter obviis utriusque sexus occurrit populus [77] [a margine: CHIESA NOVA] pias laudes decantans suamque illustrissimam et reverendissimam dominationem cum gaudio et devotione suscipiens; quo praeunte ad domum parochialem ductus fuit, in cuius aedibus suam mansionem statuit et, persolutis consuetis obsequii officiis, incenatus pernoctavit. Die mercurii 17 augusti anni 1735. Facto mane omnibusque opportune dispositis convocatoque per consueta signa populo, illustrissimus et reverendissimus dominus praesul, publicum suum in ecclesiam ingressum habere volens, sub baldachino a quatuor scelectis viris gestato receptus, in egressu domus genuflexus, cruce deosculata sibi a reverendo rectore oblata, processionaliter consuetis de more decantatis, parochialem ecclesiam Sancti Thomae Apostoli Ecclesiae Novae petiit. In eiusdem limine genuflexum populum aqua benedicta aspersit aspergillo oblato a reverendo rectore, a quo et thurificatione honorem recepit. Inde clangentibus tubis, pulsantibus campanis et explosionibus iteratis, proficiscens [77] ecclesiam ingressus est. Ad altare maius perventus, genuflexus pias preces fudit et interim consueta decantantur. Inde altare ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam, confessione praemissa, impartitus est. Thronum sibi a cornu evangelii paratum ascendit, ubi pontificalibus violaceis coloris induitur et in ecclesia ac coemeterio, circum ecclesiam iacente, exequias pro defunctis consueto ordine absolvit. Porro depositis violaceis sumptisque sacris paramentis albi coloris praemissisque adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo eleganter ex marmoribus constructo et pixide argentea in cupa intus auro linita, in reliquis vero cuprea, canopeo tecta, sub ostiolo ferreo et clavi argentea decenter et tute custoditum. Ex factis perquisitionibus cognovit animas sub hac [78] cura quae sacram communionem sumunt esse 991, in totum vero numerari 1400 nullamque – Deo dante – in Paschate inconfessam fuisse. Lampadem nocte dieque accensam ante sanctissimum Sacramentum manuteneri a communitate cuius est et altare et ecclesiam totam ac sacristiam de omnibus providere. Extare necessaria pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos, umbellam scilicet, baldachinum, fanalia, tronium aliaque opportuna, quae ostensa fuere et vidit, convocarique ad hoc pium opus per consuetas signa populum et associantibus impartitas a summis pontificibus indulgentias publicari. Communicatis in Paschate distribui schedas ac subinde colligi debitisque temporibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum renovari. Inde iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, populo benedixit et quampluribus utriusque [78] sexus christifidelibus eucharisticum Panem paterna charitate erogavit. Pia vero emissa praeparatione sacerdotalibusque indutus paramentis, sacrosanctum missae sacrificium absolvit iterumque nonnullis utriusque sexus christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit. Demum, actis Deo optimo maximo debitis gratiis, ad ades parochiales se se restituit et prandium sumpsit. Die antedicta 17 augusti 1735 post prandium. Qualis sit doctrinae christianae cultus – quod sanctum opus maxime sibi cordi est – cognosciturus, eiusdem exercitium ac experimentum pro hac die habendum indixit. Qua propter per consueta signa convocato <populo> qui copiose interfuit, sub baldachino receptus honorificeque associatus, ecclesiam parochialem petiit; illam per consuetas ceremonias ingressus est et, ante altare maius fuis precibus, in trono sedens diligenter perquisivit de ordine, frequentia et cultu huius tanti operis doctrinae christianae; subinde per diligens examen pueros ac [79] puellas expertus est, quos omnes, cum gaudio et laetitia, optime instructos sanctumque opus plurimum coli invenit, quare reverendi rectoris solertiam et zelum vel maxime commendavit, omnes et singulos insuper hortando ut in tam proficuo opere numquam deficiant, immo magis magisque in dies convalescant ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem. Pontificalibus inde indutus, affluentis utriusque sexus populo Confirmationis sacramentum ministravit. Porro aliquantulum defatigatus in aedes parochiales se se recepit et paulisper quievit. [A margine: Santa Margarita] Refectis parumper viribus, suae visitationi incumbens visitavit ecclesiam simplicem seu publicum oratorium sub invocatione Sanctae Margaritae in contrata vulgo *Dal Dosso* infra limites ecclesiae parochialis Ecclesiae Novae antiquitus erectum, de ratione eiusdem communitatis, a qua de omnibus manurenetur. Duo vidit in eo et visitavit altaria, scilicet: altare maius, sanctae Margaritae dicatum, marmoreum in [79] mensa, in reliquis ligneum cum portatili et icone, ut ante manutentum, in quo celebratur tantum ex devotione. Altare sancti Laurentii, similiter in mensa marmoreum et in reliquis ligneum, cum portatili et icone ut supra

manutentum, in quo ex devotione tantum, nullo extante onere, aliquando celebratur. Huc accedunt processionaliter singulis sextis feriis mensis maii tam communitas praedicta Ecclesiae Novae quam communitas Vallisporri cum celebratione missae. Insuper die festo sanctae Margharitae accedit quoque processionaliter communitas Robereti Veli, cum oblatione cerae ex antiqua consuetudine. Hoc oratorium caret sacristia et cum fieri sacrum contingit, deferuntur neccessaria ab ecclesia parochiali. Unica est campana pro convocando populo. Quibus habitis, ordinavit ut infra, videlicet: Ordinata. Altare sancti Laurentii claudatur a lateribus et eiusdem portatile firmetur in mensa –[80] sperae vitreae fenestrae a latere altaris maioris laudabiliter sarciantur – reliquae duae fenestrae muniantur speris saltem linteis. [A margine: San Giovanni Battista] Visitavit publicum oratorium sub titulo Sancti Ioannis Baptistae in contrata Cornalis, infra limites parochialis Ecclesiae Novae constructum canonice – ut assertitur – ab anno usque 1684, de ratione modo domini Petri Gianella de Lemniaco tamquam haeredis et successoris quondam Antonii Caneva, a quo de omnibus manutinetur. Hoc oratorium invenit bene tentum et ornatum, fornice tectum et lapidibus stratum in pavimento. In eius medio vidit sepulcrum pro quondam Ioanne Baptista Caneva et suis haeredibus, signatum anno 1695. Unicum extat altare, quod visitavit, ex marmoribus collustratis erectum cum portatili et icone ut supra, a domino Petro Gianella de omnibus provisum. In eo ex devotione eiusdem Gianella, nulla extante – ut assertum fuit – obligatione, singulis diebus festis celebratur [80^v] sacrosanctum missae sacrificium per reverendum dominum Andream Prati, sacerdotem de Cero. Visitavit sacristiam, a cornu evangelii existentem et in ea sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae et sufficienter provisam invenit. Ordinata. Icon circum ornetur filo seu cornice inaurata. Quibus habitis, ad parochiales aedes reversus incoenatus pernoctavit. Die iovis 18 augusti 1735. Illustrissimo domino vicario visitationis demandata fuit visitatio infrascripti oratorii, difficilis et longinqui per sex circiter milia itineris. Qui illustrissimus dominus vicarius, demandatas sibi partes adimplens summo mane, nive et frigore torquentibus, ad locum Podestariae iter equitando fecit et visitavit publicum oratorium sub invocatione Sancti Bartholomaei Apostoli in montaneis Podestariae, infra limites ecclesiae parochialis Ecclesiae [81] Novae situm, [a margine: San Bortolamio Apostolo] de ratione vulgo *dei Lesini*, nobilium veronensium compatronorum, quorum caput potestatis nomine gaudet, a quibus de omnibus manutinetur. Illud invenit valde incultum: eius ingressus est infelix ad instar apothecae; ante illud extat porticus tabernae, saepe saepium animalium stercorebus infectus; parietes, pavementum et fornix adeo incompte cernuntur ut hororem incutiant. Unicum habetur parvum altare cum portatile, in quo celebratur ex devotione pastorum, ibi inhabitantium, diebus festivis quatuor mensium anni, iunii scilicet, iulii, augusti et septembris, hoc est a die sancti Antonii ad diem usque sancti Bartholomaei apostoli; quo tempore a reverendo capellano, de licentia reverendi rectoris qui modo est reverendus dominus Dominicus Valbusa de Ecclesia Nova, docetur rudis populus de doctrina christiana. Dies prima augusti et festum sancti Bartholomaei celebrantur [81^v] speciali cultu et multus habetur populi concursus. Visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae, quae – prout totum oratorium – manutinetur a praedictis nobilibus compatronis, sed miserime provisum esse invenit. Itaque decrevit et ordinavit ut infra. Decretum et ordinata. Hoc oratorium Sancti Bartholomaei Apostoli Podestariae, indecens et ferme destitutum, per nobiles compatronos ad quos spectat laudabiliter restauretur et ad decentem formam redigatur; aliter, transacto vindemiarum tempore, oratorium ipsum suspensum existat donec et usquequo ut supra restauretur. Provideantur suppellectiles sacrae neccessariae ad sacrum faciendum laudabili et decenti modo. Quibus habitis, se se ad illustrissimam et reverendissimam dominationem restituit. Qui illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus in parochiali ecclesia sacrosanctum missae sacrificium absolvit et nonnullis christifidelibus Eucharistiae sacramentum ministravit et, properata iam hora, ad aedes parochiales reversus [82] prandium sumpsit. Die antedicta 18 augusti 1735 post prandium. Sui ob animi oblectamentum et ut magis cultus doctrinae christianae florescat, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus iterum pio doctrinae christianae adeo proficuo operi vacare voluit. Quapropter, honorifice comitatus et sub baldachino exceptus, in parochialem ecclesiam per consuetas caeremonias descendit factisque quampluribus interrogationibus de neccessariis ad aeternam salutem utriusque sexus fideles bene edoctos ac comendabile tam sanctum opus cognovit, quapropter reverendum rectorem condigna laude cumulavit. Inde pontificalibus indutus Confirmationis sacramentum quampluribus utriusque sexus fidelibus ministravit nec non tres calices, servato pontificalis romani ritu, ad honorem Dei consecravit. Porro ad visitationem ecclesiae descendens, visitavit olea sancta, in arcula a cornu evangelii et in vasis [82^v] stamneis ac capsula nucea sub sera et clavi bene custodita. Sacrum baptismatis fontem, in calce ecclesiae in quadam capellula erectum, sub rastris ligneis clavi et sera tute servatum. Confessionalia in ecclesia exposita pro sacramentalibus poenitentium confessionibus excipiendis. Altare maius, decenter ex marmoribus eleganti forma fabrefactum, cum portatili et icone non vulgari in choro erecto, sancto Thomae apostolo dicatum,

decenter a communitate ornatum et manutentum. Est privilegiatum in die et octava commemorationis omnium defunctorum et qualibet secunda feria pro confratribus societatis sanctissimi Sacramenti, hic antiquitus erectae. Altare beatae Mariae Virginis a Carmelo, anno 1727 ex marmoribus aedificatum cum portatili et effigie eiusdem beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta et in arca marmorea custodita. Manutenetur a communitate et societate ipsius beatae Mariae Virginis, erecta cum litteris vicarii generalis ordinis carmelitarum, [83] datis Romae die 7 decembris 1604, quae tamen societas nullos habet redditus nec onera. Pro eiusdem societatis confratribus altare hoc est privilegiatum in die et octava commemorationis omnium defunctorum et qualibet quarta feria cuiuslibet hebdomadae. Penes dictum altare extat custodia quarundam sacrarum reliquiarum, quas cum documentis careant in sua veneratione reliquit. Altare sancti Antonii, moderna elegantique forma ex piorum eleaemosinis decenter constructum cum portatili, sine tamen icone, manutentum a communitate, in quo celebratur aliquando ex devotione. Altare sacrae Familiae, ut supra piorum eleaemosinis ex marmoribus erectum cum portatili et icone, quod de omnibus a communitate providetur et in eo ex devotione celebratur. Altare sancti Stephani sine portatile, de ratione communitatis, in quo non celebratur. Altare sanctae Luciae reedificandum et execratum, de ratione [83^v] communitatis, in quo non celebratur, ubi tamen legatae sunt missae duodecim in anno a quondam Sebastiano Brutti cum assignatione capitalis ducatorum centum, super quibus decretum fuit ut in ordinatis. Altare sanctae Barbarae, de ratione pariter communitatis sine tamen portatile et ibi non celebratur nullumque extat missarum onus. Altare sanctissimi Rosarii beatae Mariae Virginis, ex marmoribus aedificatum cum portatili et effigie eiusdem beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta, in arca marmorea custodita. Hoc altare manutenetur a societate ibi canonice erecta, cum litteris vicarii generalis patrum praedicatorum datis Romae 16 iunii 1607 ex paucis redditibus et fidelium eleemosinis; est privilegiatum pro confratribus dictae societatis die commemorationis et in octava omnium defunctorum nec non qualibet sexta feria; ex legato quondam Bartholomaei quondam Francisci Zocca extat onus missae celebrandae una die in qualibet hebdomada, cui satisfacit reverendus rector, prout videre est in eius notis [84] traditis et in fine huius libri sub littera **K** repositis, in quibus cernuntur descripta caetera onera missarum in hac ecclesia quolibet anno celebrandarum, cui et cetera. Visitavit sacristiam, a latere evangelii altaris maioris erectam et in ea sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacrificio missae sacrisque functionibus peragendis, in armario nuceo magnae et elegantis formae bene dispositas et servatas, de quibus optime provisum esse vidit. Demum totam visitavit ecclesiam et, factis infrascriptis ordinationibus, ad aedes parochiales reversus est. Ordinata. Amygdala ad usum deferendi sancissimum Sacramentum ad infirmos provideatur de alba sericea decenti bursa – ad effectum honorifice deferendi sanctissimum Sacramentum ad infirmos provideatur parvus thronus adequatae comoditatis – die festo Corporis Christi fiat solemnitas iuxta ritum ecclesiae processio cum sanctissimo Sacramento - [84^v] provideatur nova umbella albi coloris pro eodem sanctissimo Sacramento debito cum honore ad infirmos deferendo – duodecim missae ex legato quondam Sebastiani Brutti celebrandae – ut assertum fuit – ad altare sanctae Luciae, cum illud sit execratum et reaedificandum, hoc interim celebrentur ad altare maius – conficiatur liber in sacristia servandus in quo registrentur missae quotidie in hac ecclesia celebratae, tam ex obligatione legatorum exprimenda quam ex devotione, cum nomine et cognomine sacerdotum celebrantium – planetae caeteraque paramenta indigentia laudabiliter sarciantur – ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta fideliter adimpleantur. Comparuit reverendus dominus Octavius Rosolini, rector Ecclesiae Novae et reverenter praesentavit duas capsas vulgo *di lata*, alteram rotundam et alteram quadratae formae, ambas fili canapis colligatas et in medio sigillo munitas, quas fassus est reperiisse in duobus altarium [85] mensis consecratis, diiudicans propterea intus servari sacras reliquias et ideo illas praesentavit ut sua illustrissima et reverendissima dominatio decernat quidquid melius sibi videbitur. Itaque aperta capsula rotundae formae, in ea inclusum repertum fuit instrumentum consecrationis altaris in parva pergamina exaratum, tenoris sequentis, videlicet: “MDXVIII die XI [*manca, ma* <ego>] Bartholomaeus <Averoldi> calamonensis, Veronae vicarius et suffraganeus, consecravi altare hoc in honorem sanctorum Benedicti et Antonii et reliquias sancti Paulini, Felicis et Lini in eo inclusi, singulis christifidelibus in anniversario consecrationis huiusmodi ipsum visitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma ecclesiae consueta concedens”. Tres quoque carthulae complicatae et a vetustate temporis corosae inventae fuerunt, cum intus sacris reliquiis praecitatis, sed sine distinctione nominum sanctorum. Inde aperta capsula altera quadratae formae, intus [85^v] inventum fuit consimile instrumentum tenoris ut sequitur: “MDXVIII die XI octobris ego Bartholomaeus Averoldi episcopus calamonensis, Veronae vicarius ac suffraganeus consecravi altare hoc in honorem sanctorum Apolloniae, Stephani, Sebastiani et Rochi et reliquias beatorum Agabiti, Cricini et Salvini sanctorum veronensium in eo inclusi, singulis christifidelibus in anniversario consecrationis huiusmodi ipsum visitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma ecclesiae consueta

concedens". Tres quoque cartulae complicatae repertae fuere, in quibus includebantur praedictae sacrae reliquiae nominibus ab extra licet corosae signatae, videlicet: una sancti Cricini episcopi et confessoris, altera sancti Agabiti episcopi et confessoris et altera sancti Salvini episcopi et confessoris. Super quibus illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus decrevit sacras reliquias nomine carentes, cum una ab alia secerni non possint, in privata veneratione remanere debere. Tres vero sanctorum episcoporum Veronae minime distinctas [86] in thecis prius repositas, sigillatas et in autentica forma redactas etiam publicae venerationi, debito servato decore, exponi posse et ita et cetera, omni et cetera. Demum incenatus pernoctavit. Die veneris 19 mensis augusti 1735. Priusquam suae visitationis negotiis vacaret, illustrissimus et reverendissimus praesul voluit sacrum facere. Propterea honorifice exceptus et concomitatus, ad parochialem ecclesiam praedictam venit, qua de more ingressa, ante altare maius genuflexus suam emisit praeparationem. Sacerdotalibus vero indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit. Subinde sacrosanctum Eucharistiae sacramentum aliquibus utriusque sexus fidelibus erogavit nec non aliquibus petentibus Confirmationis sacramentum ministravit. Porro actis Deo optimo maximo debitis gratiis, ad aedes parochiales reversus pro tribunali sedit, coram quo comparuerant: Barbara Tinazzo, uxor Marci Vinco annorum 55 circiter; Adamans Bruto, uxor Ioannis Salaorno annorum 45 circiter; [86^v] Helisabeth Sauro, uxor Petri Liseti annorum 64 circiter; Barbara Leso, vidua quondam Ioannis Lesi annorum 70 circiter; Tuscana Segala, uxor Dominici Perozeni annorum 52 circiter; Barbara Leso, uxor Simonis Leso annorum 52 circiter; Cattarina Faccio, uxor Ioannis Zocca annorum 53 circiter; Helisabeth Zocca, uxor Petri Sponda annorum 60 circiter; Cattarina Scardoni, uxor Gabrielis Tinazzo annorum 64 circiter; Cattarina Masenelli, uxor Simonis Faccio annorum 46; Iacoba filia Iacobi Vinco, uxor Antonii Tinazzo annorum 40; Appollonia Mazzo, uxor Laurentis Leso annorum 52 et Margarita Tinazzo, vidua quondam Antonii Tomellin annorum 75 circiter, omnes obstetrices praedicti loci Ecclesiae Novae, quas per examen bene instructas et aptas invenit in colatione sacramenti baptismatis casu neccessitatis. Quibus dimissis, comparuit reverendus dominus Octavius Rosolini, rector huius parochialis Ecclesiae Novae, ad quam regendam et gubernandam praesentatus fuit a communitate et hominibus praedicti loci, ad quos ius elligendi et praesentandi rectorem spectare assertum fuit; institutus [87] vero fuit cum bullis episcopalibus datis die XI martii 1729, quas ostendit et visae eidem restituae fuere. Ostendit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum, bene tentos; nec non praesentavit polliceas iuxta edictum visitationis, in fine huius libri sub citata littera **K** repositas; subest vicariae foraneae Herbetis. Requisitus de suo clero et populo, de utroque bene testatus est. Subinde comparuerunt reverendus dominus Ioannes Tinazzi, sacerdos dicti loci annorum 45, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis propriis et patrum, curatus eiusdem ecclesiae, a cuius rectore amovibiliter fuit electus die 15 ianuarii 1717, confessarius cum mandato episcopali die 11 iulii 1735 ad annum signato. Reverendus Petrus Santi, sacerdos eiusdem loci aetatis suae annorum 72, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato die 18 iulii 1735 confirmato ad annum. [87^v] Reverendus dominus Roccus Facci, sacerdos praedicti loci aetatis suae annorum 42, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis propriis, confessarius cum mandato dato die 20 decembris 1723 et ultimo loco confirmato die 9 iulii 1735. Reverendus dominus Dominicus Valbusi, sacerdos eiusdem loci 30 circiter annos natus, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis patrum, confessarius cum mandato die 22 iunii 1735 ad annum confirmato. Reverendus dominus Dominicus Scandola, sacerdos ipsius loci aetatis suae annorum 43 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis propriis. Reverendus dominus Georgius Mascella, simplex sacerdos loci antedicti aetatis suae annorum 30 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Reverendus dominus Simon Coletta, simplex sacerdos eiusdem loci aetatis suae annorum 30, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis patrum. Reverendus dominus Franciscus Tinazzi, simplex sacerdos aetatis suae annorum 46 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii [88] in bonis paternis. Venerabilis clericus diaconus Antonius Facci aetatis suae annorum 28 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Venerabilis clericus in minoribus constitutus Gervasius Groberius aetatis suae annorum 24 circiter. Qui omnes cum deveneratione sua respective mandata et requisita obtulerunt et visa eisdem restituta fuerunt. Demum comparuerunt Gabriel Tinazzo, massarius; Bartholomaeus Fanton, Iacobus Marci, Ioannes Baptista Stevanon consiliarii; Dominicus Becherle, Franciscus Scandola alique plurimi et, nomine eiusdem communitatis Ecclesiae Novae, reverenter exposuerunt contratam et homines Lughezzani, vi sententiae diei X februarii 1720 dismembrationis illius ecclesiae ab hac matrice, teneri quotannis die 2 vel 3 Pentecostes processionaliter ad hanc matricem accedere cum oblatione ducatorum quatuor de grossis [88^v] triginta uno et quatuor librarum cerae et huiusmodi obligationem denuo firmasse cum actu in hac cancellaria episcopali, adnotato die 28 februarii 1721. Cum vero huiusmodi onus et obligationem currenti anno 1735 minime adimplere curaverint, ideo humiliter insteterunt per suam illustrissimam et reverendissimam

dominationem pronunciari obligationem antedictam adimplendam et servandam esse et ita et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus super expositis in antedicta comparitione visis sententia et actu praecitatis, decrevit standum esse in per sententiam et assensum iam firmatis et ita et cetera, omni et cetera. Porro a principalioribus et fide dignis eiusdem communitatis Ecclesiae Novae diligenter perquisivit de vita, moribus et diligentia in suo munere praestando reverendi rectoris nec non totius cleri et bona de omnibus recepit. Perquisivit pariter an sub hac cura sint adulteri, usurarii, haeretici vel suspecti de haeresi, concubinari [89] et alii publici peccatores et nullos huiusmodi homines – Deo dante – extare relatum fuit. Quibus habitis, prandium sumpsit. Die antedicta 19 augusti 1735 post prandium. Absoluta et de more clausa pastoralis sua visitatione Ecclesiae Novae receptisque a reverendo rectore et clero ac populo devenerationis et grati animi officiis, equum ascendit et ad locum Herbetis iter arripuit, cum pro hac die suum adventum illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus intimaverit. Associatus itaque a reverendo rectore Ecclesiae Novae eiusdemque loci hominibus, cum tubis et frequentibus explosionibus praecedentibus nec non deveneratus et exceptus a reverendo domino Andrea Lughezzani, nepote reverendi domini Bartholomaei Lughezzani, curati amovibilis parochialis ecclesiae Sanctorum Philippi et Iacobi Herbetii equitantis per dirutas et asperas montium vias, ad confinia usque pervenit, ubi a selectis [89] hominibus reverenter et cum laetitia receptus ac subinde a populo utriusque sexus processionaliter occurrente ad aedes parochiales ductus fuit, in quibus suam fixit mansionem, quievit et incoenatus pernoctavit. Cum vero acceperit reverendum dominum Bartholomaeum Lughezzani, curatum huius parochialis ecclesiae, gravis aetatis graviter aegrotare, suae charitatis officia noluit defferre. Itaque ad eum se contulit, paterne est consolatus suamque benedictionem impartitus est.

[A margine: ERBEZO] Die sabbathi 20 augusti 1735. Indicto pro hac mane publico suo ingressu, convocato per consueta signa populo omnibusque recte dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino receptus, deosculata cruce sibi in egressu domus a reverendo domino Andrea Lughezzani nepote reverendi curati oblata, honorifice prosecutus processionaliter, solitis decantatis, in ecclesiam descendit. Ante [90] ianuam maiorem a predicto reverendo domino Andrea aspersorio accepto, populum aspersit et thurificationis honorem recepit. Inde campanis organisque sonantibus, solemniter ecclesiam ingressus est: Ante altare maius genuflexus, pias preces Deo fudit et interim cantatis cantandis altare ascendit recitataque titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato, confessione praemissa, publicatam omnibus adstantibus impartitus est. Ad tronum a cornu evangelii sibi paratum venit et indutus sacris paramentis violacei coloris, exequias pro defunctis de more absolvit in ecclesia et coemeterio, quod est circum ecclesiam muris septum et visitavit ac ordinavit ut in ordinatis. Sumptis deinde pontificalibus albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea intus [90] inaurata, pede tamen et operculo cupreis, sub ostiolo ferreo et clavi decenter et tute custoditum. Ex factis perquisitionibus, habuit animas sub hac cura quae sacram Communionem sumunt 650 numerari, in totum vero 898 nullamque – Deo dante – inconfessam. Lampadem nocte dieque accensam ardere ante sanctissimum Sacramentum sumptibus communitatis, concurrentibus tamen etiam societatibus eiusdem ecclesiae ad hoc onus et ad manutentionem cereorum. Sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem die festo Corporis Christi solemnem fieri processionem; honorifice ad infirmos deferri; propterea extare baldachinum, umbellam, amigdalum, fanalia, tronum aliaque opportuna, quae vidit una cum ostensorio. Cum vero deferri contingit, consueta praemittere signa ad convocandum populum et associantibus a summis pontificibus concessas indulgentias publicari. Iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, populo cum Sacramento benedixit et propriis manibus [91] quampluribus utriusque sexus christifidelibus sacrosanctum Christi Corpus distribuit. Inde pia emissa praeparatione et sacerdotalibus paramentis indutus, missam celebravit. Denuo non nullis sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit. Porro actis Deo optimo maximo debitis gratiis, ad parochiales aedes reversus est, quievit et prandium sumpsit: Die antedicta 23 augusti 1735 post prandium. Cum vel maxime sibi cordi sit salutare doctrinae christianae opus, illud hodie experiri statuit. Itaque de more congregato populo, illustrissimus et reverendissimus praesul debitis honoribus prosecutus et sub baldachino receptus, ad dictam parochialem ecclesiam venit, quam per consueta caeremoniae ingressus est et, fuis Deo optimo maximo piis precibus, tronum ascendit diligenterque de ordine, de frequentia et cultu sancti doctrinae christianae operis requisivit et quomodo edoctus sit populus per varias interrogationes de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus experimentum [91] fecit et cum animi sui laetitia bene omnia procedere invenit; nihilominus paterno zelo ad huiusmodi tam necessari operis cultum et frequentiam omnes et singulos in Domino plurimum cohortatus est. Pontificalibus autem indutus, Confirmationis sacramentum affluentibus utriusque sexus populo ministravit. Inde visitavit olea

sancta, in arcula marmorea a cornu evangelii decenter erecta et in vasis stanneis bene et tute sub ostiolo ferreo et clavi custodita, quae, veteribus combustis, percipiuntur quotannis a plebe Gretianae. Sacrum fontem baptismalem, in capella a cornu evangelii altaris maioris constructa erectum, bene tentum et sub clavi custoditum. Quatuor confessionalia pro excipiendis poenitentium sacramentalibus confessionibus in ecclesia disposita. Altare maius, ex marmoribus eleganter constructum cum portatili, sanctis Philippo et Iacobo apostolis dicatum cum eorundem icone in choro honorifice [92] ornatum et manutentum a communitate dicti loci et societatibus ac redditibus eiusdem ecclesiae. Hic extat erecta societas sanctissimi Sacramenti, aggregata arhiconfraternitati sanctissimi Sacramenti super Minervam almae Urbis, cum indulgentiis prout in diplomate. Legata missarum in hac ecclesia celebrandarum ascendunt ad missas septuaginta quinque in anno, quibus satisfacit reverendus parochus. Altare sancti Bernardi, pariter marmoreum cum portatili et icone ut ante manutentum, in quo ex devotione celebratur et est bene tentum. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, eleganti forma ex marmoribus aedificatum, cum portatili et statua eiusdem beatae Mariae Virginis, in arca sub crystallis servata et sacris misteriis circum depictis ornata. Habetur etiam custodia ex pulchris et praeciosis lapidibus elaborata et inservit pro custodiendo sanctissimo Sacramento in hebdomada sancta. Altare hoc est honorifice provisum et manutentum, ut ante, ubi est erecta societas eiusdem [92'] beatae Mariae Virginis, cum indulgentiis prout in ipsius bullis. Altare beatae Mariae Virginis a Cintura, pari elegancia ex marmoribus compactum, cum portatili et icone nec non statua eiusdem beatae Mariae Virginis, decenter provisum et ut supra manutentum; sub cuius invocatione beatae Mariae Virginis a Cintura hic habetur societas indulgentiis ditata prout in eiusdem bulla, cui et cetera. Altare sancti Antonii patavini, quoque marmoreum cum portatili et icone, bene ornatum et ut supra manutentum, in quo celebratur ex devotione. Visitavit sacristiam prope altare maius, a cornu epistolae decenter erectam, scamnis et armariis nuceis ornata, sacris vero suppellectilibus et sacris vasibus redundantem, quapropter comendabilis est et populi pietas et parochi vigilantia. Vidit totam ecclesiam, sanctis Philippo et Iacobo apostolis dicatam et ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo Pisano die 21 septembris [*manca*] consecratam, qui dies quotannis solemniter colitur. Fuit autem in ampliorem formam reducta [93] et organis ornata. Habetur suggestum in quo concionatur aliquando ex devotione. Est perpolite tenta et tapetis sericeis decorata. Quibus habitis, illustrissimus et reverendissimus praesul ad aedes parochiales se restituit et quieti se dedit, factis prius infrascriptis ordinationibus. Ordinata. In medio coemeterii errigatur crux ferrea alique quatuor errigantur a lateribus – herbae quae in eodem coemeterio oriuntur saepe eradicentur et comburantur – provideatur alia pixis argentea parva pro casu deferendi sanctissimum Sacramentum ad infirmos – provideatur fanale maius quod antecedit in deferendo sanctissimo Sacramento ad infirmos, ut supra – conficiatur liber in sacristia servandus, in quo describantur missae quotidie in hac ecclesia celebratae, cum nominibus et cognominibus celebrantium et pro quo onere - [93'] ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta fideliter adimpleantur. Illustrissimus dominus vicarius visitationis demandatam sibi visitationem infrascripti oratorii adimplendo, equum ascendit, ad oratorium ipsum se contulit et visitavit: [a margine: San Giovanni Battista] oratorium publicum sub invocatione Sancti Ioannis Baptistae, in contrata Costae Morae seu Costae Maioris, infra limites parochialis ecclesiae Herbetii, erectum – ut fertur – a quondam Foresi, de ratione ecclesiae praedictae; nam testator praedictus commissarium reliquit reverendum curatum parochialis Herbetii, cum dotatione ducatorum 100 pro capitali et annui redditus ducatorum quinque cum dimidio pro manutentione eiusdem oratorii, a quo reverendo curato commissario de omnibus manutenetur. Praefata erectio et dotatio huius oratorii fuit anno 1653. Unicum vidit et visitavit parvum altare marmoreum cum portatili, in quo celebratur ex devotione et ex antedicto annuo reddito, si quid superest manutentioni. [94] Ordinata. Fornix sacristiae restauretur – mensa vel saltem portatile altaris cooperiatur tela cerata. Quibus habitis et cetera. Die dominico 21 augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, ut ante sub baldachino exceptus, concomitatus et honoribus prosecutus, in ecclesiam praedictam descendit eaque per consuetas ceremonias ingressa, ante altare maius genuflexus pias preces Deo fudit piamque pro missae celebratione praepaationem emisit. Sacerdotalibus vero vestibis indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et nonnullis utriusque sexus christifidelibus eucharisticum Panem erogavit. Inde paterna sua charitate Confirmationis sacramentum quampluribus petentibus ministravit. Illustrissimus vero vicarius visitationis obstetricum examen hoc interim habuit, coram quo comparuerunt [94'] Matthaea Melloti, uxor Georgii Morandini aetatis suae annorum 44 circiter; Agnes Foraso, uxor Antonii Menegazzi aetatis annorum 61 circiter; Margarita Tinazzi, vidua quondam Sebastiani Piccoli annorum 52 circiter; Catharina Morandini, uxor Antonii Arnesi annorum 50; Angela Lughezzani, vidua quondam Gregorii Dalla Via aetatis suae annorum 57 circiter; Magdalena Vallarsi, uxor quondam Ioannis Morandini aetatis suae annorum 56; Antonia Massella, uxor Natalis Campedelli aetatis suae annorum 37. Quas omnes per examen habiles et

idoneas invenit, maxime de administratione sacramenti baptismatis in casu neccessitatis. Porro ad parochialem aedes illustrissimus et reverendissimus praesul reversus, pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: reverendus dominus Ioannes Baptista Morandini, sacerdos de Erbezo aetatis suae annorum 28, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis propriis. Reverendus dominus Ioannes Baptista Lughezzani, sacerdos eiusdem loci [95] Erbetii aetatis suae annorum 28, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis cui, attenta eius idoneitate et penuria sacerdotum, concessit mandatum ad sacras confessiones audiendis pro utroque sexu ad annum. Reverendus dominus Andreas Lughezzani, sacerdos aetatis suae annorum 36, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato episcopali ad annum die 25 maii 1735 confirmato, qui modo propter ingravescentem et aegram aetatem reverendi domini Bsartholomaei Lughezzani eius patru, huius parochialis ecclesiae curati amovibilis electi et praesentati a communitate et hominibus dicti loci, ad quos huiusmodi ius spectat, curati vices gerit, quapropter eiusdem sui patru aegroti mandatum ostendit et pro cura exercenda et vicarii foranei, cum subiectione ecclesiarum: Sanctorum Philippi et Iacobi de Herbetio, Sancti Antonii Abbatis Vallis Porri, Sanctorum Benedicti et Thomae Ecclesiae Novae. Ostendit quoque libros parochiales et vicariae foraneae, quos bene tentos et digestos invenit. Demum praesentavit polliceas iuxta edictum visitationis, [95^v] in fine huius libri sub littera L repositas. Porro interrogatus de suo clero et populo, de utroque bene retulit. Inde a fide dignis et principalioribus loci perquisivit de vita, moribus et eorum munere fungendo reverendi curati vices gerentis et totius cleri et optima de omnibus habuit. Insuper ex informationibus habitis, cognovit nullum hoc in loco publicum peccatorem, adulterum, haeticum vel de haeresi suspectum extare nullumque alium huiusmodi vitae hominem. Praesentata fuit per reverendum dominum Gregorium Piccoli, suo et aliorum ibi descriptorum nomine, supplicatio tenoris sequentis videlicet: Eccellenza reverendissima. Riverentemente noi infrascritti la supplichiamo, siccome per consenso del molto reverendo parroco di Erbezo nelli anni scorsi si chiedette da Roma con un memoriale sottoscritto da esso molto reverendo parroco e riconosciuto dalla cancellaria episcopale di Verona, la licentia di poter celebrare [96] in un oratorio in figura di privato nei limiti di questa parochia di Erbezo in contrà dei Fassoli oltre un miglio di lontananza da essa parochia, per andar alla quale molte volte si soffrono grandissimi incomodi per oridi inverni di nevi, impetuosi venti o turbini che vi regnano. Ma a duplicata richiesta fu risposto da Roma non potersi concedere a privata gente oratorio privato e che si deve ricorrere per ottenere oratorio pubblico. Per il che supplichiamo vostra eccellenza reverendissima ossequiosamente a concedere licenza che quell'oratorio, perché servisse di privato già quasi erretto, venga abilitato in un oratorio pubblico, da celebrarvi et udirvi la santa messa, senza sempre alcun ne minimo pregiudicio al gius parochiale, umilmente chiedendo speriamo in questa sua paterna visita ci farà questa bisognevole grazia e pregheremo sempre il sommo Iddio per la sua conservazione in ogni benedetta prosperità. Grazia. Prete Gregorio Piccoli della parochia e contrà sudetta. Io Giovanni Battista Piccoli quondam Andrea. [96^v] Lonardo Piccoli quondam Giacomo supplica come sopra e fece per segno di verità e di preghiera questa croce + per non saper scrivere. Bortolamio Piccoli quondam Pietro supplica come sopra con questo segno di + croce per non saper scrivere. Io Pietro Menegazzi quondam Christan come sopra. Io Pietro Piccoli quondam Sebastiano supplico come sopra. Gregorio Piccoli quondam Matteo per non saper scrivere fa questo segno di croce + che prega come sopra. Io Antonio quondam Giambattista Fanton prego come sopra. Quam supplicationem illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, cum ex oculari visitatione inspectum fuerit supplicatum oratorium esse non posse iuxta canonicam formam, immo verius domesticis et vilibus usibus adherens et circumdatum, reiciendam esse duxit, prout reiecit et ita et cetera, omni et cetera. Quibus habitis, prandium sumpsit. Die antedicta 21 augusti 1735 post prandium. Sua expleta et de more clausa visitatione parochialis ecclesiae [97] Erbetii, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus hac die hora decima nona circiter ad parochialem ecclesiam Sancti Martialis Breonii se conferre statuit. Itaque, expletis a clero et populo Erbetii praedicti devenerationis et grati animi officiis, equum ascendit et, exceptus ab admodum reverendo domino Ioanne Baptista Simeoni, archipresbytero Breonii ac concomitatus a praedicto reverendo domino Andrea Lughezzani ac hominibus Erbetii, Breonium versus iter suum direxit. In itinere vero visitavit domum et locum a reverendo domino Gregorio Piccoli indicatum pro publico oratorio prout in supplicatione hac mane producta, quem locum angustum, indecentem et cum domesticis usibus ac vilibus omnino promiscuum invenit, quapropter decrevit ut supra et cetera. [A margine: Beata vergine Maria delle Grazie] Inde visitavit publicum oratorium sub invocatione Beatae Mariae Virginis Gratiarum in contrata delle Vallene, infra limites parochialis ecclesiae Sanctae Annae Alphaeti, erectum a pietate et devotione Ioannis Baptistae Vallenari a 50 vel 60 circiter annis, qui illud de omnibus manutenet. [97^v] Duo vidit et visitavit altaria, altare scilicet maius marmoreum cum portatili et icone ac ianuis lateralibus, item marmoreis et posteriori in parte choro, in quo fertur celebratam

fuisse primam missam anno 1679 et duo extare legata: alterum missarum quatuor in anno, reverendi quondam domini Sebastiani Vallenari et alterum missarum quoque quatuor quondam Christophori de Stephanis, quae adimplentur per reverendum dominum Andream Piccoli, stipe tradita a dicto Ioanne Baptista Valenari. Altare beatae Mariae Virginis Septem Dolorum, erectum – ut assertum fuit – de episcopali licentia mense maii 1726, ex marmoribus constructum, cum portatili et statua beatae Mariae Virginis in arcula marmorea sub crystallis custodita, ubi erecta habetur societas ipsiusmet beatae Mariae Virginis, cum litteris patentibus fratris prioris generalis ordinis servorum, datis Veronae die 29 maii 1722; quod altare est privilegiatum pro confratribus in die et octava commemorationis omnium defunctorum ac qualibet feria sexta, prout ex brevi pontificio ad septennium concessio die 18 [98] ianuarii 1729; caeterum dicta societas, ex litteris fratris prioris generalis ordinis servorum datis Florentiae die 21 septembris 1686, apparet antiquioris erectionis. Ad dictum altare vidit custodiam ad effectum servandi sanctissimi Sacramenti diebus solemnitate dicti oratorii et societatis. Vidit quoque confessionalia portatilia seu crates pro excipiendis sacramentalibus confessionibus confratrum et poenitentium tempore solemnitate. Immo praedictus Ioannes Baptista Vallenari pro opportuniore concurrentium comodo instetit reverenter pro confessionali stabili contra altare beatae Mariae Virginis erigendo et ita et cetera. Super quibus illustrissimus et reverendissimus praesul, audito etiam reverendo curato eiusdem loci, decrevit antedictam instantiam non esse admittendam, quam propterea reiecit. Insuper decrevit nihil quod ad ius parochiale pertineat in eodem oratorio esse faciendum sine licentia reverendi curati, sub poena suspensionis incurrendae a reverendo capellano dicti oratorii et a quolibet alio [98^v] sacerdote si secus egerit et ita et cetera, omni et cetera. Visitavit sacristiam a latere epistolae constructam et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae necessaria, de quibus bene provisum invenit et omnia in armario nuceo servari. Quibus habitis, iter suum proseguendo, visitavit: [a margine: Sant’Antonio] publicum oratorium Sancti Antonii patavini, in contrata *dei Boschetti* infra limites parochialis ecclesiae Sanctae Annae Alphaeti, de ratione et de omnibus manutentum ab eadem communitate Alphaeti. Oratorium est decenter tentum et unicum habet altare marmoreum, cum portatili et icone et ianuis lateralibus per quas in chorum ingreditur, qui inservit pro sacristia; in quo altari ex devotione celebratur singulis diebus festis et die festo sancti Antonii; caeterum fertur esse legatum quondam Placentini, numquam tamen executioni demandatum et ignorantur onera legata ac bona obligata. Capellanus qui modo, ut ante, celebrat est reverendus dominus Paulus Benedetti, sacerdos de Sancta Anna praedicta. [99] Visitavit sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae, in choro – ut dictum fuit – servata ac in armario nuceo custodita, de quibus bene provisum invenit. Vidit quoque opportuna et necessaria pro associando sanctissimo Sacramento a infirmis, cum hoc oratorio utatur reverendus curatus Sanctae Annae dum contingit aliquem aegrotum his in partibus communicari. Ordinata. Mensa altaris cooperiatur tela cerata – suppellectiles sacrae indigentes laudabiliter sarciantur – provideatur fons pro ablucendis sacerdotum celebrantium manibus, cum suis manutergiis – erigatur sacristia sufficientis capacitatis – provideatur velum supererale. Quibus absolutis, iter suum denuo arripuit et, perventus ad oratorium Sancti Ioannis Baptistae in Monte, infra limites parochiali ecclesiae Sancti Martialis Breonii, illud visitavit. [99^v] [A margine: San Giovanni Battista] Haec modo simplex ecclesia seu publicum oratorium Sancti Ioannis Baptistae erat – ut fertur – antiquitus ecclesia parochialis, consecrata die iovis 28 iulii anni 1524, quo die dedicationis festum celebratur. Huiusmodi consecratio inotescit ex parva pergamina reperta, una cum sacris reliquiis, in altari maiori sancti Ioannis Baptistae, prout videre est in visitatione illustrissimi et reverendissimi domini domini Ioannis Francisci Barbadici diei 21 mensis maii 1699. Tria in hac ecclesia, quae de ratione communitatis et ab ipsa manutenta asseritur, vidit et visitavit altaria, scilicet: altare maius, sancto Ioanni Baptistae dicatum, ex marmoribus confectum, cum portatili et statua sancti Ioannis Baptistae in arca marmorea servata, multa devotione et populorum concursu venerata dum exponitur. In choro, in quem patet ingressus per duas ianuas laterales, extat icona; in hoc altare habetur custodia in qua servantur nonnullae sacrae reliquiae et habetur societas sancti Ioannis Baptistae, cum bulla summi pontificis Urbani VIII mensis maii 1526 ac indulgentiis in ipsa bulla [100] expressis, quae societas manutinet altare nec non onus habet missarum duarum in anno pro quondam Francisco Bacilieri; insuper missarum duodecim, una scilicet pro qualibet ultima dominica mensis. Altare beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo, pariter marmoreum cum portatili et effigie sculpta eiusdem beatae Mariae Virginis in arca marmorea sub crystallis custodita, ubi erecta existit societas sub invocatione praedictae beatae Mariae Virginis, cum litteris patentibus fratris Danielis Scoppa, datis Romae 14 augusti 1694, quae – licet non habeat redditus – pie concurrat pro manutentione altaris. Ex institutione quondam domini Nicolai Benetti, hic extat simplex beneficium missarum duodecim in anno, prout liquet in actis huius cancellariae episcopalis anni 1698 sede vacante. Altare sanctissimae Crucis sive sanctissimi Crucifixi, marmoreum in mensa, in reliquis ligneum cum portatili et icone, sine redditibus – ut assertum fuit

– et manutentum a communitate. Hic quoque habetur simplex beneficium, erectum anno 1698 sede episcopali vacante, cum [100^v] onere missarum duodecim in anno et cum resservatione iurispatronatus ad favorem reverendi Ioannis Uliverii de Zantodeschis, prout ex actis huius cancellariae episcopalis anni praedicti 1698. Post chorum vidit sacristiam et sacras suppellectiles pro sacro faciendo et sufficienter esse provisum invenit. Vidit sugestum nec non tria confessionalia, de licentia admodum reverendi archipresbyteri hic servata pro sacramentalibus christifidelium confessionibus excipiendis. Ordinata. Restauretur fenestra ad altare maius prout indiget et praecipue in speris vitreis – portatilia omnium trium altarium firmentur in mensa et obturentur eorum rimulae – ad altare beatae Virginis a Carmelo erigatur baldachinum quo saltem mensa eius tota cooperietur – portae omnium fenestrarum laudabiliter sarciantur. Quibus absolutis, deveneratus a clero et hominibus communitatis Breonii qui laetabundi huc accesserunt, [101] dominationem suam illustrissimam et reverendissimam suscepturi; itaque quampluribus explosionibus datis, praesulem suum sic deveneratum cum laetitia ad aedes parochiales perduxerunt, in quibus iterum deveneratus quievit et incoenatus pernoctavit. Die lunae 22 augusti 1735. Illustrissimus dominus vicarius visitationis, ad infrascriptam visitationem delegatus, summo mane equitando se contulit ad contratam Molinae, infra limites parochialis ecclesiae Breonii ibique visitavit [a margine Sant’Urbano] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sancti Urbani in dicta contrata Molinae et infra limites Breonii erectum. Manutenetur de omnibus ab hominibus eiusdem contratae, quorum iuris dicitur esse. Unicum extat altare cum portatili marmoreum ac effigie sancti Urbani ex ligno sculpta, in choro retro altare sita, quo ingreditur per duas ianuas item marmoreas laterales; qui chorus inservit pro sacristia. De licentia [101^v] episcopali diei 9 maii 1667, ipsius forma amplior redacta fuit; ex nonnullis legatis habetur onus aliquot missarum in anno et a pluribus livellariis percipitur redditus denariorum decem circiter. Hic diebus festis de praecepto celebratur missa, stipe tradita ab hominibus dictae contratae pro eorum devotione et comoditate; nec non de licentia admodum reverendi archipresbyteri Breonii docentur pueri et puellae, istae ab illis separatae per extensam telam, de doctrina christiana. Reverendus cappellanus ad praesens est reverendus dominus Dominicus Bacilieri, sacerdos de Breonio aetatis suae annorum 47 circiter. Visitavit sacras suppellectiles caeteraque necessaria ad sacrum faciendum, in choro retro altare servata et esse sufficienter provisum invenit. Ordinata. Sperae vitreae laudabiliter sarciantur ac muniantur ramatis ex filo ferreo – construaturs fons pro abluendis manibus sacerdotum [102] cum suis manutergiis – provideatur labellum pro aqua benedicta servanda ad usum sacerdotis celebrantis. Quibus habitis, ad ecclesiam parochialem se se restituit.

[A margine: BREONIO] Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus antistes, in parochialem ecclesiam suam statuit hac mane habere ingressum. Itaque, omnibus opportune dispositis, sub baldachino a sex selectis viris gestato receptus, deosculata cruce in liminari domus ab admodum reverendo domino Ioanne Baptista Simeoni archipresbytero oblata, ad templum Sancti Martialis de Breonio processionaliter perexit. Ad ianuam templi perventus, ab eodem archipresbytero thurificationis honorem recepit; subinde aspergillum aquae benedictae, qua populo aspersit, et solemniter sacrum templum ingressus est. Ante altare maius genuflexus, paulisper oravit; subinde altare ascendit et, praemissa oratione titularis, populo benedixit omnibusque adstantibus suam episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. [102^v] Ad paratum tronum a latere evangelii venit ibique indutus fuit pontificalibus violacei coloris ac pro defunctis in ecclesia et coemeterio de more exequias absolvit ipsumque coemeterium visitavit. Subinde, sumptis albis paramentis, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in tabernaculo ligneo auro linito et pixide argentea intus inaurata sub sera et clavi bene servatum. Ex factis perquisitionibus habuit extare societatem sanctissimi Sacramenti; die festo Corporis Christi solemnem fieri processionem; debitis temporibus renovari; dum ad infirmos deferri contingit, honorifice associari ac propterea extare baldachinum, umbellam, tronum, fanalia, amigdalam ac alia opportuna et necessaria populumque ad tam pium opus per consueta signa convocari et associantibus a summis pontificibus concessas publicari indulgentiam. Animas sub hac cura numerari 566 quae sacram communionem sumunt [103] et in totum 738 et communicatis in Paschate schedas distribui; nocte dieque ante sanctissimum Sacramentum accensam ardere lampadem sumptibus admodum reverendi archipresbyteri, cuius tantum hoc est onus et caetera omnia integre providet et sustinet communitas. Praemissis iterum adoratione, hymno et thurificatione, cum eodem Sacramento populo benedixit illudque affluenti utriusque sexus populo paterna charitate ministravit. Porro pia emissa praeparatione ac sacerdotalibus indutus vestibis, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et angelico Pane alios quoque quamplures christifideles cibavit. Actis demum Deo optimo maximo debitis gratiis, ad aedes parochiales se restituit, quievit et prandium sumpsit. Die antedicta 22 augusti 1735 post prandium. Super supplicatione porrecta a communitate et homin[um]<ibus> Montis, actum et decretum fuit ut sequitur, videlicet: [103^v] Eccellenza reverendissima.

Avanti dell'eccellenza vostra reverendissima compariscono Antonio Borchia, Girolamo Borchia e Girolamo Baciga come specialmente eletti nella general vicinia 14 agosto corrente del commun et huomeni di Monte ed espongono esser stato detto commun anno dall'anno 1584 15 settembre, con positivo decreto graziato dalla benigna munificenza dell'eminentissimo e reverendissimo Agostin Valier cardinale e vescovo di Verona di felice memoria, d'instituire la chiesa di San Nicolò fabricata a spese di detto commun fra li limiti della parochiale di Cavalo ad curam animarum ed il motivo si fu neccessario per la distanza del luogo dal commun di Monte a quello di Cavalo e per la strada disastrosa et alpestre, così che nascevano delli disordini nella occasione de battezi o delli infermi o di altro, particolarmente nelli casi di piogge, nevi e giazzi nella stagione d'inverno. Già detto commun di Monte ab imemorabili ha goduto e tutt'ora gode il giuspatronato dell'ellectione e presentazione d'idoneo sacerdote alla predetta chiesa [104] di San Nicolò, quale da detto anno 1584 sino al presente ha sempre essercitato la cura d'anime e fonzioni parochiali, dipendentemente però dal reverendo rettore di Cavalo, ma come tal dipendenza ha dato motivi di molti dispendiosi littiggi tra l'antecessori del reverendo medemo rettore di Cavalo ed il curato del commune di Monte; così anco tra li communi stessi sono nate delle controversie e pericoli criminosi. Onde supplichevoli il commun e uomeni di Monte implorano dalla benignità di vostra eccellenza reverendissima la totale segregazione della chiesa di San Nicolò di Monte da quella di San Zeno di Cavalo, così che possa il reverendo curato di Monte che sarà pro tempore eletto e presentato a vostra eccellenza reverendissima liberamente senza alcuna dipendenza dal reverendo rettore di Cavalo essercitare ogni e cadauna fonzione in detta chiesa di San Nicolò di Monte ed in detto commun come fanno le altre parochie libere ed indipendenti, atteso [104^v] massime che il reverendo sacerdote curato di San Nicolò, oltre gl'incerti, gode l'entrate d'alcune pezze di terra, livelli ed affitti colli quali può comodamente vivere e la chiesa viene mantenuta dal commun di tutte le sacre suppellettili e quale sarà pronto a supplire in tutto quello occorresse. Già per li soprascritti motivi anche il signor rettor di Cavalo sarà disposto ad assentire alla segregazione sudetta nelle formalità proprie e consuete ed acciò occularmente comparisca la verità, all'eccellenza vostra reverendissima abbiamo presa la congiuntura della presente visita in Breonio per essere nelle vicinanze delle comunità soprascritte, onde degnandosi di annuire alle nostre umilissime istanze possa far rilevare la verità stessa colla visione di luogo per mezzo dell'illustrissimo signor suo vicario o in qual altro modo parerà all'alta e riverita cognizione di vostra eccellenza reverendissima. Grazie et cetera.

Die 22 augusti 1735 in visitatione Breonii. Praesentata per Antonium Borchia, Hieronymum Borchia et Hieronymum Baciga, omnes communitatis Montis personaliter [105] comparentes, vigore publicae et generalis vicinae communitatis Montis diei 14 augusti 1735, quam simul praesentaverunt instantes et humiliter petentes prout in ista, nomine et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa dicta supplicatione, illam sic et in quantum et cetera admisit, mandans per nobilem et reverendum dominum comitem Ioannem Petrum Porta iuris utriusque doctorem, archidiaconum coadiutorem ecclesiae veronensis, vicarium suum in praesenti visitatione, quem ad hoc delegavit, fieri visionem loci ad veritatem relevandam. Insuper mandavit praesentanda esse iura et scripturas in supplicatione praedicta enunciatas, admonendo eosdem supplicantes ad comparandum Veronae et cetera post redditum suae illustrissimae et reverendissimae dominationis ad eius sententiam audiendam et ita et cetera, omni et cetera. Successive antedicti homines illico pro executione antedicti decreti praesentaverunt mihi procancellario iura enunciata in supplicatione antedicta, de quibus et cetera, animo et cetera, et ita et cetera. [105^v] Eadem die lunae 22 augusti 1735 hora 19 circiter. Illustrissimus et cetera Ioannes Petrus de Porto, vicarius visitationis, attento decreto illustrissimi ac reverendissimi domini episcopi veronensis diei hodiernae super supplicatione communis et hominum Sancti Nicolai de Monte veronensis diaecesis, discedens Breonio equitando se contulit cum me procancellario visitationis ad visionem loci et ecclesiae Montis praedicti, dependentis a parochiali Cavali. In primis diligenter adnotavit iter intercedens ab ecclesia parochiali Cavali ad ecclesiam Montis, tum quoad distantiam tum quoad viarum qualitatem et ex oculari inspectione tam in eundo quam in redeundo reperiit distantiam consistere in spatio unius miliarii circiter cum dimidio; vias vero difficiles et montuosas ac maxime hyberno tempore propter nivium et glaciei incomodum difficilimas esse, prout etiam oretenus sumptis informationibus ab hominibus loci relevavit. Perventus ad ecclesiam illam, pariter diligenter invisit et, illius capacitate inspecta, sufficientem et capacem [106] invenit. Est elegantis et modernae formae, fornice cooperta, lapidibus strata, tribus compacta altaribus, videlicet: maiori marmoreo cum tabernaculo et ianuis lateralibus item marmoreis cum portatile et icone a retro, divo Nicolao dicato eiusdem ecclesiae titulari. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, a latere evangelii erectum integre ex marmore cum portatili ac statua beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta nec non cum custodia item marmorea pro servando Sacramento in hebdomada maiori; altero altari quoque ex marmore incepto et

usque ad gradus protracto, contra dictum altare beatae Mariae Virginis erecto cum portatili, divo Ioanni Baptistae – prout relatum fuit – dicando. Vidit olea sancta, decenti in marmorea arcula a latere evangelii in vasculis stamneis bene tenta et custodita. Vascula indigent muniri caracteribus in corpore, quibus sunt munita in operculo ad internoscenda olea. Vidit fontem baptismalem, a cornu evangelii versus [106^v] finem ecclesiae in capellula erectum; indiget muniri rastris. Vidit confessionale, ex nuce decenti forma erectum. Cum deficiat sacristia, vidit sacras suppellectiles servatas in choro et sufficienter esse provisum invenit. Opus est provideri de tribus fanalibus et de throno pro associatione sanctissimi Sacramenti. Extat campanile cum duabus campanis. Vidit totam ecclesiam et in medio eiusdem sepulturam lapideam cum hac inscriptione, videlicet: Anno Domini 1626 – TUM(ulum?) SACER(dotum?) REST(auratum?) Anno Domini 1722. In praesens reverendus curatus huius ecclesiae est reverendus dominus Bartholomaeus Lonardi, sacerdos de Cavalo annorum 29 circiter, cum mandato episcopali diei 10 iunii 1734, confirmato die 3 iunii 1735. Qui interrogatus asseruit animas huius loci a communione esse 179, in totum vero 300 circiter; familiae autem 46 circiter. [107^r] Redditus et dotationem huiusmodi ecclesiae et eiusdem curati ressaltare ex iuribus praesentatis. Demum vidit coemeterium circumdique ecclesiam, bene clausum et domum reverendi curati, quae indiget aliqua reparatione. [A margine: vide reliqua una cum decreto in fillo dismembraationum] Quibus habitis, se restituit ad visitationem Breonii. Porro convocato populo per consueta signa pro habendo pio exercitio doctrinae christianae, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, cum huiusmodi sanctum opus plurimum sibi cordi sit, sub baldachino reverenter exceptus et honorifice concomitatus, ad parochialem ecclesiam accessit illaque per consuetas caeremonias ingressa, fuis prius Deo optimo maximo precibus, in throno sedit et diligenter perquisivit de ordine, frequentia et cultu tam neccessarii operis ac per plurimas interrogationes de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem neccessariis pueros et puellas expertus est et – Deo dante – bene instructos invenit. Nihilominus omnibus et singulis frequentiam et cultum [107^v] tam proficui et neccessarii operis in Domino comendavit. Frequenti subinde utriusque sexus populo Confirmationis sacramentum plurimo cum labore ministravit. Incumbens autem suae pastoralis visitationi, visitavit olea sancta, in choro sub sera et clavi in arcula marmorea custodita. Fontem baptismalem, decenter constructum sed sera muniendum. Confessionalia pro excipiendis poenitentium sacramentalibus confessionibus in ecclesia exposita. Altare maius, in mensa marmoreum cum portatili, manutentum una simul a communitate, archipresbytero et societate sanctissimi Sacramenti ibi erecta bullis datis die 13 iulii 1626. Est dicatum divo Martiali, in quo servatur in tabernaculo ligneo inaurato sanctissimum Sacramentum. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, ex marmoribus compactum cum portatili, a communitate provisum et manutentum exceptis ceris, de quibus providet societas [108^r] eiusdem beatae Mariae Virginis ibi erecta cum bullis datis Romae die 29 maii 1626, quae celebrare facit missam singulis primis dominicis cuiusque mensis habetque nonnullos redditus et onera legata. Altare beatae Mariae Virginis alias a Spasimo modo Annunciatae, cum portatili, ut supra manutentum et provisum, in quo erecta habetur societas cum bullis diei 13 septembris 1626 datis Romae, quae celebrare facit singulis secundis dominicis cuiusque mensis fruiturque aliquibus redditibus cum oneribus legatis. Vidit sugestum, in quo aliquando concionatur tempore Quadragesimae. Visitavit sacristiam sacrasque suppellectiles ac vasa sacra et nonnulla invenit ordinanda, prout in ordinatis. Vidit chorum ac totam ecclesiam, divo Martiali dicatam, quae non creditur consecrata cum nulla consecrationis memoria existat; eiusdem archipresbyter est in praesentiarum admodum reverendus dominus Ioannes Baptista Simeoni iuris utriusque doctor, [108^v] cum bullis apostolicis datis Romae 4 nonas augusti 1730, qui etiam vicarii foranei munere fungitur. Quibus habitis factisque sequentibus ordinationibus, ad aedes parochiales reversus pernoctavit. Ordinata. Provideatur pixis parva argentea intus auro linita – ianua tabernaculi ut sit tutior fiat saltem ferrea ab extra inaurata vel honorifice depicta et intus panno albo serico vestiatur nec non argentea clavi muniatur – locus seu arcula oleorum sanctorum a choro ubi extat removeatur et erigatur a cornu evangelii altaris maioris – provideatur vasculum argenteum pro oleo infirmorum, cum sua capsula et bursa violacei coloris – ostium fontis baptismalis muniatur sera et clavi – ad confessionale penes altare beatae Mariae Virginis Annunciatae affigatur tabella casuum resservatorum – altare maius provideatur de conopeis omnium colorum – fenestra ad altare maius saltem quoad tertiam partem [109^r] muro obturetur, ne aqua defluat in ecclesiam – portatile altaris sanctissimi Rosarii firmetur eiusque rimulae obturentur ac tela cerata cooperiatur – portatile altaris beatae Mariae Virginis Annunciatae paulisper a mensa elevetur, firmetur eiusque rimulae obturentur et tela cerata tegatur – provideantur vexilla pro societatibus sanctissimi Rosarii et beatae Mariae Virginis Annunciatae – planetae omnes feriales ubi et prout indigent laudabiliter sarciantur – provideantur pluviale et dalmaticae albi coloris nec non quatuor albae cum suis amictis et cingulis, item duo saltem superpelicea – conficiatur liber pro registrandis missis in hac ecclesia quotidie celebratis, cum nomine et cognomine

sacerdotum celebrantium et pro qua obligatione celebrent – pro exequiis et functionibus defunctorum provideatur bara seu feretrum, crux decens ac vexillum – provideatur arundo pro triangularibus cereis sabbathi [109^v] sancti – fenestrae indigentes laudabiliter sarciantur in speris vitreis – cathedra in choro pro archipresbytero firmetur et eius genuflexorium ad decentiorem formam reducatur – foramina sub tabernaculo prospicientia a choro in ecclesiam obturentur. Die martis 23 augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, volens sacrum peragere, sub baldachino receptus honorificeque concomitatus, praedictam ecclesiam parochialem adivit, quam per consuetas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piam pro celebratione missae praeparationem emisit; sacerdotalibus vero indutus paramentis, sacrosanctum missae sacrificium celebravit. Nonnullis subinde utriusque sexus christifidelibus Eucharistie sacramentum ministravit. Requisitus vero pro ministratione sacramenti Confirmationis, petentes sacro chrismate in fronte signando in christiana militia roboravit. Actis postremo Deo optimo maximo debitis [110] gratiis, ad parochiales aedes reversus est; ubi suae visitationis negotiis incumbens, pro tribunali sedit una cum suo vicario, coram quo comparuerunt: Helisabeth Sagiarsi nuncupata *dei Mori*, vidua quondam Matthaei Barbessi aetatis suae annorum 75 circiter; Anna Grigoli, vidua quondam Ioannis Baptistae Zivelongo aetatis suae annorum 60 circiter; Dominica Zivelongo, uxor Antonii Barbessi aetatis suae annorum 55 circiter: omnes obstetrices, quas per examen habiles et idoneas reperiit quoad sacramentum baptismatis conferendum in casu neccessitatis. Comparuit admodum revendus dominus Ioannes Baptista Simeoni iuris utriusque doctor, archipresbyter huius parochialis ecclesiae Sancti Martialis Breonii et, ea qua decet reverentia, praesentavit policeas iuxta edictum pastorale visitationis, repositas in fine huius libri sub littera **M**. Ostendit bullas apostolicas huius sui beneficii, quod per concursum [110^v] obtinuit, datas Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis dominicae 1730 4 nonas augusti, una cum mandato executivo diei 11 septembris 1730. Obtulit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum ac status animarum, quos vidit et mandavit. Ordinata. Libri parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum renoventur et ordine alfabetico digerantur. Demum ostendit mandatum vicarii foranei, cum subiectione suae ecclesiae et ecclesiae Sanctae Annae Alphaeti. Perquisitus de suo clero ac populo, de utroque recte respondit. Archipresbytero dimisso, comparuerunt: reverendus dominus Dominicus Bacilieri, sacerdos curatus huius parochialis Breonii, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, aetatis suae annorum 47, confessarius cum mandato concesso die 11 octobris 1717, ultimo loco confirmato die 7 iulii 1735 ad annum. [111] Reverendus dominus Ioannes Zivelonghi, sacerdos de Breonio promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, 32 circiter annos natus, confessarius cum mandato episcopali die 14 iunii 1729 concesso et ultimo loco ad annum confirmato die 9 aprilis 1735. Reverendus dominus Franciscus Zantodeschi, sacerdos de eodem loco Breonii, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, aetatis suae annorum 54 circiter, confessarius pluribus ab hinc annis, cui relaxatum fuit novum confessionis mandatum. Reverendus dominus Ioseph Segà, sacerdos de Breonio, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, aetatis suae annorum 57 sine mandato confessionis. Qui omnes obsequenter eorum respective mandata et requisita ostenderunt, quae visa restituta fuere. Comparuit quoque Leonardus Perpoli quondam Hieronymi, eremita tertii ordini sancti Francisci, deputatus ad custodiam Sancti Ioannis Baptistae in Monte, infra limites [111^v] parochialis ecclesiae Breonii, cui relaxatum fuit mandatum in forma. A plurimis dignioribus et fide dignis dicti loci hominibus diligentes informationes sumpsit de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo tam archipresbyteri quam caeterorum sacerdotum eiusdem loci Breonii et bene ac cum laude de archipresbytero nec non de clero relatum fuit. Quibus absolutis, quieti se dedit et prandium sumpsit. Die antedicta 23 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus dominus vicarius visitationis, infrascripti oratorii sibi demandatam visitationem acturus, Breonio relicto equum ascendit et ad contratam Zivelonghi infra limites parochialis ecclesiae Breonii se contulit, ubi visitavit publicum oratorium Immaculae Conceptioni beatae Mariae Virginis dicatum, in praedictis limitibus et contrata, ex devotione et pietate ipsiusmet [112] contratae Zivelonghi [a margine: Santissima Concezione di Maria Vergine] ab anno usque 1717 erectum, provisum et manutentum. Unicum extat altare cum portatili, in quo singulis diebus festis fit sacrum ex mera devotione inhabitantium in praedicta contrata, qui stipem tradunt sacerdoti celebranti, cum nulli sint redditus nullaue onera. Sacerdos qui modo ut ante celebrat est reverendus dominus Ioannes Zivelongo de Breonio. In eodem oratorio, de licentia admodum reverendi archipresbyteri Breonii, ne neccessaria ad salutem alicui deficiant, habitatores antedictae contratae docentur de doctrina christiana. Retro altare habetur chorus, qui inservit pro sacristia ibique visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra neccessaria pro sacrificio missae peragendo, de quibus sufficienter provisum invenit, sed ordinavit ut infra. Ordinata. Erigatur sacristia sufficientis capacitatis - [112^v] conficiatur fons pro abluendis manibus sacerdotum celebrantium, cum suis manutergiis – provideatur pelvis pro ampulis – patena anteriori parte auro, posteriori vero saltem argento liniatur –

provideatur planeta violacei coloris, cum suis stola, manipulo, velo et bursa. Quibus habitis et cetera. Peracta iam sua pastoralis visitatione parochialis ecclesiae Sanctis Martialis Breonii, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus illam de more clausit et, receptis ab archipresbytero, clero et populo plurimae devenerationis et grati animi monumentis, equum ascendit et, receptus obsequenti animo a reverendo curato Sanctae Annae nec non concomitatus ab archipresbytero et ab hominibus Breonii, iter suum ad parochialem Sanctae Annae Alfaeti inter frequentes explosiones arripuit. In itinere deprecatus ut dignaretur ad aegrotum accedere suamque impartiri benedictionem, prompto laetoque animo annuit; aegrotum igitur adivit, paterno amore consolatus [113] est suaque benedictione cumulavit. Iter prosecutus et ad confinia perventus, hominibus Breonii multa explosione praemissa recedentibus, obvios habuit homines armatos communitatis Sanctae Annae, cum laetitia et explosionibus suam illustrissimam et reverendissimam dominationem excipientes; subinde processionaliter occurrit populus, quibus omnibus praeceuntibus ductus fuit ad aedes parochiales, in quibus ob asperitatem viarum defatigatus, quievit et incoenatus pernoctavit.

[A margine: ALFAEDO] Die mercurii 24 augusti 1735. Statuta hac die et mane pro solemni suo ingressu in parochialem ecclesiam Sanctae Annae Alphaeti, omnibus idcirco opportune dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino a quatuor selectis viris gestato receptus fuit et, deosculata cruce sibi in egressu domus a reverendo rectore oblata, processionaliter, consuetis decantatis, ad dictam parochialem ecclesiam iter fecit. In limine ianuae maioris trina thurificatione honoratus fuit a dicto reverendo curato, a quo etiam aspersorio accepto, [113^v] populum genuflexum aqua benedicta aspersit templumque solemniter ingressus est, sonantibus campanis, ludente vexillo pluribusque explosionibus emissis. Ante altare maius genuflexus, pias Deo preces fudit; postea altare ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam adstantibus de suo mandato publicatam impartitus est. Inde paratum sibi tronum ascendit, ubi violaceis indutus pontificalibus, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio circumdique ecclesiam iacente – quod et visitavit – de more absolvit. Depositis violaceis sumptisque paramentis albis, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo auro linito et pixide argentea sub sera et clavi custoditum. Sub hac cura animae quae sacram communionem sumunt numerantur 567, in totum 587, quarum nulla – Deo dante – fuit in Paschate inconfessa. [114] Lampas ante sanctissimum Sacramentum nocte dieque accensa manutinetur a communitate, assignato ad hoc reverendo curato (proelio?), prout providet de caeteris omnibus, una cum societatibus sanctissimi Sacramenti et beatae Mariae Virginis. Ex factis autem perquisitionibus, habuit sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari ac honorifice ad infirmos deferri ac propterea extare baldachinum, umbellam, fanalia, velum ac caetera opportuna et neccessaria, ostensa et visa una cum ostensorio argenteo et altero ex cupro inaurato; ad tam pium opus populum per consueta signa convocari et associantibus impartitas a summis pontificibus indulgentias publicari; cum eodem sanctissimo Sacramento die festo Corporis Christi solemnem fieri processionem; communicatis in Paschate distribui schedas et subinde coligi. Praemissis iterum adoratione, hymno et thurificatione cum sanctissimo Sacramento populo benedixit et quam pluribus utriusque sexus christifidelibus eucharisticum [114^v] Panem distribuit. Postea piam emisit pro celebratione missae praeparationem et, sacerdotalibus indutus vestibus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit iterumque aliquibus petentibus Eucharistiae sacramentum ministravit; actis vero Deo optimo maximo debitis gratiis, ad aedes parochiales reversus quievit et prandium sumpsit. Die antedicta 24 augusti 1735 post prandium. Delegata visitatione infrascripti oratorii illustrissimo domino vicario sibi demandatas partes impleturus, iter arripuit et ad statutum locum perventus visitavit [a margine: Concezione du Maria Vergine] publicum oratorium sub titulo Immaculae Conceptionis beatae Mariae Virginis, in contrata Cereti infra limites parochialis ecclesiae Sanctae Annae Alfaeti, anno 1721 de licentia episcopali die XX septembris obtenta, erectum ad instantiam dictae contratae, cum dotatione capitalis ducatorum 100, in actis huius curiae episcopalis diei 5 decembris 1721 facta ab infrascriptis familiis, a quibus una cum [115] fructus praedictae dotationis de omnibus manutinetur, scilicet domini Pauli et fratrum Ledro Benedicti et Francisci ac consobrinorum de Benedictis Francisci et fratris Cristanelli. Unicum vidit et visitavit altare, cum icone et portatile, in quo ex devotione tantum, nullo extante onere, singulis diebus festis celebratur sacrosanctum missae sacrificium, modo per reverendum dominum Nicolaum Benedetti, sacerdotem de Sancta Anna Alfaeti. Retro altare vidit chorum et sacristiam sacrasque suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo et non satis provisum invenit ideoque ordinavit ut infra. Vidit quoque umbellam et fanalia pro ministratione sacrae communionis ad infirmos tempore neccessitatis, celebrata missa ab ipsomet reverendo curato vel ab alio sacerdote de eius licentia favenda. In hoc oratorio hyemali tempore, de licentia reverendi curati, traditur doctrina christiana ad commodum et spirituale profectum habitantium in dicta [115^v] ecclesia. Ordinata. Provideatur planeta coloris viridis et alia coloris rubri nec non

alia nigri coloris, cum suis stolis, manipulis, velis et bursis – altare tam in anteriori quam in posteriori parte claudatur – portatile eiusdem altaris cooperiatur tela cerata et illius rimulae obturentur – ambae fenestrae muniantur ramatis et speris vitreis vel saltem linteis – missale romanum laudabiliter sarciatum et provideatur de canone et missis novissimis. Quibus habitis, ad parochialem ecclesiam se restituit, in quam iam descenderat per consuetas caeremonias illustrissimus et reverendissimus praesul, de doctrina christiana experimentum factururus. Itaque, convocato de more populo, diligenter perquisivit de ordine, frequentia et cultu tam pii et necessarii operis nec non [116] quomodo edoctus sit populus per plurimas interrogationes circa praecipue mysteria fidei et necessaria ad salutem perquisivit sed, magno cum animo suo dolore, parvum cultum ignaviamque invenit, quamobrem plurimum conquestus est et rectorem omnesque enixe in Domino monuit hortatusque est tantum opus omni solertia ac studio coli debere, cum ab eo vel maxime aeterna salus dependeat. Indutus autem pontificalibus, quamplurimos utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Subinde visitavit olea sancta, a cornu evangelii in ostiolo ad hoc ex marmoribus constructo, sub sera et et clavi custodita. Sacrum fontem baptismalem, honorifice in loco erectum a latere evangelii in capellula sub rastris tute servatum. Quatuor confessionalia pro sacramentalibus [116^v] poenitentium confessionibus excipiendis exposita. Quinque vidit et visitavit altaria, scilicet: altare maius, marmoreum in mensa, in quo in tabernaculo ligneo auro linito custoditur sanctissimum Eucharistiae sacramentum, sub cuius titulo habetur societas pro cuius confratribus altare ipsum est privilegiatum qualibet quarta feria cuiuslibet hebdomadae. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, eleganti forma ex marmoribus constructum, consecratum ab illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico episcopo veronensi die 10 octobris 1717 una cum tota ecclesia, cuius consecrationis dies colitur singulis annis dominica secunda mensis octobris. Hic erecta est societas eiusdem beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, cum litteris patentibus datis Romae anno 1607 a vicario generali totius ordinis praedicatorum. Pro confratribus eiusdem societatis altare hoc est privilegiatum quolibet die sabbatho cuiuslibet hebdomadae. Altare sanctae Luciae, marmoreum in mensa, in reliquis [117] ligneum cum portatili, de ratione communitatis, a qua de omnibus manutinetur. Altare sancti Dominici, ex marmoribus constructum cum portatili, de ratione dictae communitatis et ab ipsa de omnibus manutentum. Altare Annunciationis beatae Mariae Virginis pariter ex marmoribus confectum cum portatili, ut supra a communitate de omnibus provisum et manutentum. Visitavit sacristiam sacrasque suppellectiles ac vasa sacra pro sacrosancto missae sacrificio parochialibusque functionibus peragendis nec non chorum, suggestum in quo aliquando ex devotione concionatur ac totam ecclesiam, multa expensa eleganti honorificaque forma constructam et – ut dictum fuit – anno 1717 consecratam. Quibus habitis, ordinavit ut infra et in parochiales aedes se se recepit. Ordinata. Provideatur parvus tronus ad usum deferendi sanctissimum [117^v] Sacramentum ad infirmos – provideatur vasculum argenteum pro oleo infirmorum, cum sua capsula et bursa violacea – ad baptisterium humi fodiatur et excavetur sacrarium – in summitate eiusdem fontis erigatur statua sancti Ioannis Baptistae Iesum Christum baptizantis – ostium ipsius baptisterii muniatur ferro in terra figendo, ut tute claudatur – confessionalia muniantur tabella casuum resservatorum et a parte poenitentis aliqua pia et devota imagine – portatile altaris maioris cooperiatur tela cerata et eiusdem rimulae obturentur – tabernaculum dicti altaris provideatur de conopaeo omnium colorum – provideatur parva statua Christi resurgentis, erigenda in culmine tabernaculi tempore paschali – foramina sub tabernaculo quae prospiciunt a coro in ecclesiam obturentur - [118] mensa altaris sanctissimi Rosarii consecrata tota cooperiatur tela cerata – portatile altaris sanctae Luciae in mensa firmetur, eius rimulae obturentur et cooperiatur tela cerata – similiter portatile altaris sancti Dominici firmetur et cooperiatur tela cerata – portatile quoque altaris Annunciationis beatae Mariae Virginis parumper deprimatur, eius rimulae obturentur et cooperiatur tela cerata – circulus ferreus pro conficiendis particulis paulisper ampliatur – albae et planetae feriales ubi et prout indigent laudabiliter sarciantur – conficiatur liber pro describendis missis quotidie in hac ecclesia celebratis, cum nomine et cognomine sacerdotum celebrantium et pro qua obligatione – omnes sepulturae in ecclesia existentes, utpote irreparabiliter male olentes, removeantur ab ecclesia et in coemeterium transferantur ibique eodem modo [118^v] quo in ecclesia sunt distributae distribuantur. Praesentata fuit supplicatio per reverendos fratres Vallicella pro constructione oratorii, tenoris ut sequitur, videlicet: Eccellenza illustrissima e reverendissima. Don Giovanni Battista Vallicella absente e sacerdote alla Corona nec non domini Giovanni Gerolamo e Giovanni Francesco ambi fratelli Vallicelli nipoti presenti tutti e tre, con tutto il rispetto e divozione prostrati a piedi di vostra eccellenza illustrissima e reverendissima, osano umilmente pregarla e supplicarla acciò si degni impartirgli la facoltà di erigere picciolo oratorio da potervi celebrar messa vicino la contrada loro, detta volgarmente *li Stefani* di questa medesima comunità, tanto più che non solo sarebbe ad uso dei tre mentovati, come pure di comodo a tre altre assai vicine contrade chiamate la Vallicella, Ronconi e Provalo,

in cui parecchie famiglie altresì sono. Il fine onde si supplica vostra signoria illustrissima e reverendissima tra gli altri molti uno si può considerare: la loro situazione, cotanto e da questa parochiale e dagli altri oratorii [119] lontana, come vostra eccellenza illustrissima e reverendissima, oltre l'informazione che della lontananza e vie scossesi ne può avere co' propri occhi, eziandio stando qui può vedere. Imperò sendo questi il tempo in cui a larga mano segnalati favori benignamente si compartiscono, sperar et giova di udire cotesti pii desideri benignamente esauditi, mentre con ogni ossequio e viva rassegnazione s'implora. Grazie et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa supplicatione ut ante praesentata, illam admisit si et in quantum et cetera, resservans sibi subinde statuere quidquid et cetera omni et cetera. Die iovis 25 mensis augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, consuetis concomitatus honoribus, in ecclesiam parochialem antedictam descendit. Ante altare maius genuflexus, pias ad Deum preces fudit et, facta praeparatione, sacerdotalibus indutus sacrosanctum missae sacrificium absolvit et eucharisticum Panem aliquibus utriusque sexus christifidelibus petentibus propriis manibus distribuit nec [119^v] non, requisitus, Confirmationis sacramentum ministravit. Actis vero Deo optimo maximo debitis gratiis, ad aedes parochiales reversus, pro tribunali una cum suo vicario visitationis sedit, coram quo comparuerunt infrascriptae obstetrices, scilicet: Antonia Marchiori, vidua quondam Ioannis Benedetti annorum 68 circiter; Angela Marangoni, uxor quondam Ioannis Donati Benedetti aetatis suae annorum 45 circiter; Dominica Marogna, vidua quondam Andreae Benedetti aetatis suae annorum 44 circiter; Magdalena Benedetti, uxor Ioannis Dominici Vallicella aetatis suae annorum 50 circiter; Dominica Benedetti, uxor Valentini Pontebel aetatis suae annorum 50 circiter; Osana Giacomuzzi, uxor Hieronymi Virena aetatis suae annorum 48 circiter; Magdalena Ronconi, uxor Andreae Ronconi aetatis suae annorum 44 circiter; Dominica Cescante, uxor Iacobi Peretti aetatis suae annorum 50 circiter. [120] Quas interrogatas de administratione sacramenti baptismatis in casu necessitatis, bene instructas invenit. His dimissis, comparuerunt: reverendus dominus Ioseph Brencelli aetatis suae annorum 60 circiter, curatus amovibilis ad nutum communitatis Sanctae Annae de Cona Alfaeti et Ceredi, qui suum ostendit mandatum episcopale pro hac cura exercenda, datum die 12 decembris 1721 nec non aliud datum die 25 iunii 1734 ultimo loco ad annum confirmato die 25 iunii 1735; praesentavit quoque polliceas iuxta aedictum visitationis, in fine huius libris sub littera N repositas nec non libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum, quos vidit et restituit, sed ordinavit ut sequitur, videlicet: Ordinata. In libris matrimoniorum describantur dies publicationum in qualibet partita et mandata episcopalia servantur in fillo – in sacramento baptismatis non admittantur [120^v] susceptores seu patrini clerici aut sacerdotes nisi de licentia episcopali in scriptis exhibenda et in filo servanda – in partitis mortuorum describatur qualitas morbi. Interrogatus de suo clero et populo, bene de utroque dedit. Subinde comparuerunt: reverendus dominus Vincentius Brunelli, 36 circiter annos natus, sacerdos confessarius cum mandato diei 9 augusti 1732, ultimo loco ad annum confirmato die 9 augusti 1735; fuit promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Reverendus dominus Paulus Benedetti, sacerdos aetatis suae annorum 70 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius ab annis 43 circiter, cum mandato episcopali ultimo loco confirmato ad annum die 10 iulii 1735. Reverendus dominus Andreas Piccoli, sacerdos aetatis suae annorum 44 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius ab annis 16 circiter, [121] cum mandato episcopali ad annum confirmato die 14 iulii 1735. Reverendus dominus Paulus Boschetti, sacerdos aetatis suae annorum 50 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius ab annis 20 circiter, cum mandato episcopali ad annum confirmato die 11 iunii 1735. Reverendus dominus Paulus Ledro, sacerdos aetatis suae annorum 40 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Reverendus dominus Ioannes Baptista Benedetti, sacerdos aetatis suae annorum 29 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato episcopali diei 4 ianuarii 1735 pro mulieribus infirmis et maribus. Reverendus dominus Nicolaus Benedetti, sacerdos aetatis suae annorum 65 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Qui omnes obsequenter eorum respective mandata et requisita ostenderunt, visa et restituta. Reverendus dominus Camillus Marogna praesentavit supplicationes, suo [121^v] et reverendis rectoris Pruni nomine, tenoris sequentis pro erectione oratorii, videlicet: Eccellenza reverendissima. La molta distanza che passa dalla contrà di Vaggimal alla sua chiesa parochiale di San Paolo di Pruno, strada nel tempo dell'inverno impraticabile per li giazzi e nevi, rende talmente difficile che li poveri abitanti della stessa contrada – che saranno al numero di 70 persone in circa – quanto che molti per l'impotenze di andare alla chiesa sono costretti ne giorni festivi di perdere la santa messa e quello che più preme si è che anco nelle occasioni delli infermi riesce quasi impossibile poterli sacramentare col santissimo Viatico per la causa sudetta. Perciò, a motivi replicati dal molto reverendo signor don Francesco Marchesi paroco di quella chiesa, a me don Camillo zio e don Paolo nipote, ambedue sacerdoti della famiglia

Marogna, avendo la nostra casa e beni della sudetta contrada di Vaggimal, si siamo persuasi, a puro motivo di [122] far questo bene a pro di quelli abitanti et a comodo del paroco stesso, di fabricare un oratorio pubblico sopra la strada contigua vicinale, ove ne giorni di festa e feriali per divozione possa celebrarsi la santa messa e nelle occasioni degl'infermi possa il signor arciprete venirvi parimente a celebrare per comodo maggiore e da quell'oratorio portare decentemente il Venerabile all'infermo che si ritrovasse in quelle vicinanze, perché possi aver la consolazione et il vantaggio spirituale d'esser munito del sacramento medesimo. Con questo motivo umiliamo a vostra eccellenza reverendissima le nostre riverenti istanze, unite ancora a quelle del paroco medesimo, che qui annesse le presentiamo, supplicandola della benigna licenza per l'erezione dell'oratorio stesso, nel quale non sarà mai fatta alcuna funzione che possi pregiudiciar al ius parochiale, che anzi protestiamo che restar debba illeso et intatto e sempre riconosciuto il paroco di detto luogo in tutto quello che si aspetta al medesimo; [122'] che della grazia et cetera, quam Deus et cetera. Verona, li 25 maggio 1735. Prete Camillo Marogna zio. Prete Paolo Marogna nipote.

Eccellenza reverendissima. La povera contrà di Vagimal, composta di diverse familie, lontana dalla sua parochiale per lo spacio di due o più miglia, nelle sue maggiori neccessità corre pericolo probabile di restar priva di quelle grazie che son le più necessarie; imperocché nel tempo dell'inverno ritrovandosi infermi in questa, oltre che la stagione è più rigida che in altro luogo, tanta è l'asprezza delle strade che ora lastricate si continui ghiacci ed ora ripiene di nevi da venti insofribili a nevicata, che difficilmente li medesimi infermi restano sacramentati. Io desiderai più volte il rimedio a tanti inconvenienti e insorti e che potrebbero insorgere e finalmente trovai la pietà de reverendi signori don Camillo e Paolo Marogna, quali esibirono di erigere un publico oratorio [123] con il proprio suo denaro, mediante il quale sarebbe facile sacramentare infermi dalla parochiale tanto lontani; che però supplico umilmente il zelo pastorale di vostra eccellenza reverendissima, che tanto si affatica per la salute di tutti, ad approvare con suo speciale decreto un'opera così santa, assicurando la di lei anima che ciò sarà di maggior gloria di Dio e di profitto spirituale a queste anime. Grazie et cetera. Verona, li 24 marzo 1735. Francesco Marchese parroco di Prun.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visis supplicationibus ut ante praesentatis, illas admisit si et in quantum et cetera, resservando sibi subinde decernere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Subinde Ioannes et fratres Marogna et Matthaeus Benedetti de Pruno, super sepulturis in ecclesia Sanctae Annae existentibus et re funeraria, insteterunt ut sequitur, videlicet: Die 25 augusti 1735. Coram Illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo, ut ante pro tribunali [123'] sedente, comparuerunt Ioannes et fratres Maronea quondam Marii de Pruno et Matthaeus Benedetti quondam Nicolai similiter de Pruno et reverenter exposuerunt in hac ecclesia Sanctae Annae Alfaeti habere sepulturas respective pro eorum familia. Occasione vero funerum, inter parochum Pruni et curatum Sanctae Annae saepe saepius insurgere diversiones et quoad formalitatem funeralis et quoad praetensas cereorum et ideo pro bono pacis insteterunt: Primo, quod decernatur et praescribatur modus funerum respective a dictis parochis servandus. Secundo, quod cerae a confraternitate pro confratribus praestitae sint confraternitatis et eidem restituantur. Tertio, quod casu translationis sepulturarum de ecclesia ad coemeterium, ibi habeant locum pro sepultura nova erigenda, absque alia contributione, attenta contributione ecclesiae iam alias praestita. [124] Illustrissimus et reverendissimus praesul sibi super hac instantia resservavit decidere et statuere quidquid et cetera Veronae tamquam in visitatione et ita et cetera. omni et cetera. [A margine: Vide decretum in fine huius libri etiam ad litteram N] Demum sumpsit diligentes informationes a gravioribus et fide dignis hominibus loci de vita et moribus ac diligentia in suo fungendo munere tum reverendi curati amovibilis tum aliorum sacerdotum et de omnibus recte responsum fuit. Insuper cognovit nullos – Deo dante – extare publicos peccatores, haereticos vel de haeresi suspectos et cetera, quod notum sit. Quibus absolutis, quieti se tradidit et prandium sumpsit. Die antedicta 25 augusti 1735 post prandium. Statuta et intimata pro hac die pastoralis visitatione parochialis ecclesiae Sancti Ioannis Baptistae de Cerna, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, clausa de more sua visitatione huius parochialis Sanctae Annae Alphaeti receptisque a reverendo curato, clero et populo devenerationis et grati animi argumentis, una cum suo comitatu equum ascendit et, concomitatus tam a reverendo curato Sanctae Annae praedictae quam a reverendo [124'] curato Cernae, iter suum aripuit. **RIVISTO FIN QUI** Usque ad confinia ductus fuit ab hominibus Sanctae Annae Alphaeti, vexillo ludente pluribusque explosionibus. Ad confinia perventus, multa explosione salutatus fuit ab hominibus Cernae, a quibus susceptus iter suum prosecutus est. Subinde obvium utriusque sexus populum habuit, pias laudes decantantem, quo processionaliter praeunte ad aedes parochiales pervenit, in quibus suam fixit mansionem. Post aliquantulum morae, vestibus indutus talaribus, sub baldachino receptus, cruce in egressu domus sibi a reverendo curato oblata deosculata, processionaliter ad parochialem ecclesiam Sancti Ioannis Baptistae cernae petiit.

[A margine: CERNA] Quam, facta de more aquae benedictae aspersione receptoque thurificationis honore, solemniter ingressus est. Ad altare maius progressus ibique genuflexus, pias preces Deo fudit. Subinde altare ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam omnibus adstantibus impartitus est. [125] Sibi paratum tronum ascendit, ubi violaceis indutus fuit paramentis et pro defunctis de more in ecclesia et coemeterio – quod visitavit – exequias absolvit. Violaceis depositis sumptisque albis indumentis, adoratione, hymno et thurificatione praemissis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo inaurato et pixide in cupa argentea intus auro linita, in reliquis ex cupro inaurato, sub clavi et sera custoditum. Huiusmodi ecclesia olim erat simplex seu publicum oratorium infra limites parochialis Pruni; dismembrata vero et in parochialem erecta fuit ab illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico episcopo veronensi, suo decreto diei 31 augusti 1719. Sub hac cura animae quae sacram communionem percipiunt numerantur 194, in totum 283, quarum nulla fuit in Paschate inconfessa. Lampas die nocteque ante sanctissimum Sacramentum accensa prout et cerae et caetera omnia tam pro altaribus [125v] quam pro tota ecclesia manutinentur a communitate, vi praedicti decreti. Vidit umbellam, baldachinum, fanalia, velum superhumerales, tronum et alia neccessaria pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos et ex factis perquisitionibus habuit indulgentias associantibus impartitas publicari; debitis temporibus renovari et cum eodem solemnem die festo Corporis Christi fieri processis Sacramento, populo benedixit eoque reposito visitavit: olea sancta, ad altare maius a cornu evangelii in quadam arcula et vasis stanneis sub clavi et sera tute custodita, quae percipiuntur singulis annis a plebe Nigrarii. Sacrum fontem baptismalem, in capellula a latere evangelii circa medietatem ecclesiae erectum et sub rastris ligneis servatum, sera et clavi munitum. [126] Unicum confessionale pro sacramentalibus poenitentium confessionibus excipiendis expositum. Duo altaria, scilicet: altare maius, divo Ioanni Baptistae dicatum, ecclesiae titulari, marmoreum in mensa cum portatili ubi habetur antiqua societas eiusdem sancti Ioannis Baptistae, de cuius erectione ignoratur; quae habet redditus et onera ut in policea, cui et cetera. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii marmoreum in mensa cum portatili, in reliquis ligneum cum effigie beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta; extat societas sub invocatione eiusdem beatae Mariae Virginis ab anno usque 1663 erecta, quae fruitur redditibus et tenetur ad onera ut in policea, cui et cetera. Alia sunt onera legataria missarum in hac ecclesia celebrandarum, quae legi possunt in policea praesentata una cum aliis et in fine huius libri reposita sub littera O suntque dictae missae numero 59. Visitavit parvam sacristiam, a cornu evangelii altaris maioris erectam ibique sacras suppellectiles ac vasa sacra et pauperrime provisam invenit. [126v] Vidit totam ecclesiam non consecratam parvae formae et, factis infrascriptis ordinationibus, ad aedes parochiales reversus est. Ordinata. Clavis tabernaculi fiat argentea cum suo flosculo sericeo albo pendente – ostensorium prout est opus reparetur ita ut comode et tute claudi possit – provideantur tria fanalia, quorum alterum sit maius pro decentiori associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos; quod dum contingit deferri ad infirmos dentur signa tempore opportuno pro convocando populo – comunicatis in Paschate distribuantur schedae et subinde colligantur – arcula oleorum sanctorum intus vestiatur panno violacei coloris – fenestella baptisterii muniatur ramata ex filo ferreo – eiusdemque ciborium ornetur ferro ita ut tute claudi possit. – provideantur tres albae cum suis cingulis - [127] fiat fons pro ablucendis manibus sacerdotum, cum suis manutergiis – apponatur libellum penes sacristiam pro aqua benedicta ad usum sacerdotum celebrantium – conficiatur liber in quo quotidie describantur missae in hac ecclesia celebratae, cum nomine et cognomine sacerdotum celebrantium et pro qua obligatione – provideatur parva statua Christi resurgentis, erigenda in apice tabernaculi tempore paschali – fodiatque et construatur sacrarium vel in choro vel in sacristia – provideatur tumulus seu castrum doloris pro decenter peragendis exequiis mortuorum – provideantur duae planetae, altera coloris albi et altera coloris rubri, cum suis manipulis, stolis, bursis et velis – duo quoque pluvialia, unum albi et alterum violacei coloris – muri coemeterii altius extollantur et ubi opus est laudabiliter reparentur – oculus ecclesiae supra portam maiorem muniatur crate [127v] ex filo ferreo et spera vitrea vel saltem lintea. Coram illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico episcopo comparuit reverendus dominus Petrus Cona, curatus ammovibilis ad nutum communitatis huius parochialis Sancti Ioannis Baptistae de Cerna et suum obtulit mandatum pro eadem cura, datum die 4 martii 1720, ultimo loco ad annum confirmatum die 6 iulii 1735. Praesentavit quoque policeas iuxta aedictum visitationis, in fine huius libri sub littera O repositas nec non ostendit sententiam dismembrationis huius ecclesiae et erectionis in parochialem factam ab illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico episcopo veronensi die 31 augusti 1719, in qua inter coetera duo haec leguntur capitula, scilicet, sub numero 2: “quod sacerdos qui curam animarum exercebit sit pro tempore electus et deputatus ad curam amovibiliter exercendam ab illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico episcopo ad eius sensum et beneplacitum; et manutentio integra sit tum pro ecclesia, altaribus et sacristia,

tum pro domo parochiali expensis contratae de Cerna”. [128] Sub numero 4: “quod populus et curatus teneantur accedere processionaliter tertio die festo Pashatis resurrectionis ad matricem Pruni in signum subiectionis et offerre unam intortitiam cerae albae ponderis librarum trium cum ducatis tribus de grossis triginta uno pro quoque”. Ostendit insuper libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum ac status animarum, quos bene tentos invenit, sed mandavit in partitis mortuorum describi qualitatem morbus. Interrogatus de suo populo, bene retulit. Tandem quieti se tradidit et incoenatus pernoctavit. Die veneris 26 mensis augusti 1735. Convocato populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino receptus, in antedictam parochialem ecclesiae Cernae descendit, quam per consuetas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, devotam pro celebratione missae praeparationem emisit. Sacerdotalibus indutus, missam celebravit et propriis manibus eucharisticum Panem distribuit. Actis [128^v] inde Deo optimo maximo gratiis, sancto doctrinae christianae operi vacavit. Itaque qualis sit ordo, cultus et frequentia diligenter perquisivit et quomodo edoctus sit populus per multas interrogationes expertus est et sufficienter instructum invenit. Cum tamen tam proficuum opus maxime sibi sit cordi, omnibus et singulis illud plurimum in Domino comendavit. Subinde quamplurimis utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Ad aedes parochiales reversus, una cum domino suo vicario visitationis, pro tribunali sedit et comparuerunt: Lucia Campedeli, uxor Matthaei Marchesini aetatis suae annorum 43 circiter; Margarita Lonardi, vidua quondam Dominici Cona aetatis suae annorum 53 circiter, obstetrices, quae examinae fuerunt de administratione sacramentis baptismatis in casu necessitatis et bene instructas invenit. A dignioribus et fide dignis eiusdem loci hominibus diligenter perquisivit de vita, moribus et diligentia in [129] suo munere fungendo reverendi curati, de quo recte relatum fuit. His absolutis, quieti indulgit et prandium sumpsit. Die antedicta 26 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, cum iam absolverit et de more clauserit suam pastorem visitationem parochialis ecclesiae Sancti Ioannis Baptistae de Cerna, iter suum pro hac die statutum ad parochialem ecclesiam Sancti Pauli de Pruno aripuit; quo in itinere visitandum delegavit illustrissimo domino suo vicario visitationis oratorium Sanctae Cristinae infra limites Pruni. Itaque usque ad confinia honorifice associatus a reverendo curato Cernae et reverendo rectore Pruni nec non armatis hominibus Cernae frequenter explodientibus, ibi ab occurrentibus armatis hominibus Pruni, plurima explosione salutatus et laetanter susceptus fuit. Iter proseguendo, obvium habuit utriusque sexus populum processionaliter pias laudes decantantem; a quibus omnibus deveneratus, ad aedes parochiales, sonantibus campanis, ductus fuit, in quibus suam fixit mansionem, [129^v] quievit et pernoctavit. [A margine: Santa Cristina] Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis eo in itinere sibi demandatas partes implendo, visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sanctae Cristinae, in contrata eiusdem nominis infra limites parochialis ecclesiae Sancti Pauli de Pruno erectum. Asseritur de ratione communitatis Pruni et ab eadem de omnibus una cum piorum eleaemosinis manuteneri. Unicum vidit et visitavit altare cum portatili et retro chorum semicircularis figurae; extat onus missarum quinque in quolibet anno, diebus scilicet sanctae Cristinae, sanctae Agatae, sanctae Catharinae, sanctae Luciae et beatae Mariae Virginis ad Nives, ex legato quondam Dominicae Magri seu Rufonae, quas missas celebrat reverendus rector Pruni, stipe tradita a massario societatum parochialis ecclesiae Pruni. Non habetur sacristia, pro qua inservire potest chorus, sed apparamenta pro missa celebranda, dum est opus, dessumuntur a parochiali de Pruno, propter quod eiusdem sacristia de aliquo recognoscitur. [130] In domo contigua inhabitat devotus eremita, frater Ioannes Bonesin quondam Petri aetatis suae annorum 70 circiter de Pruno, tertii ordinis sancti Francisci; qui cum careat licentia episcopali, illam, petita venia, deprecatus est. Quibus habitis, iter suum ad parochialem ecclesiam de Pruno prosecutus est, factis prius infrascriptis ordinationibus. Ordinata. Provideatur tela stragula qua cooperiatur altare – provideatur vestis talaris ad usum sacerdotis hic celebrantis.

[A margine: PRUN] Die sabbathi 27 mensis augusti 1735. Hac mane illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, suum habiturus solemnem ingressum in dictam parochialem ecclesiam Sancti Pauli de Pruno, sub baldachino a quatuor selectis viris gestato receptus, deosculata cruce in egressu domus a reverendo rectore oblata, ad eandem ecclesiam processionaliter accessit et, tinientibus campanis datisque tormentorum explosionibus, ritibus et ceremoniis de more servatis, illam solemniter ingressus [130^v] est. Ad altare maius genuflexus, humiliter oravit illudque ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. Sibi subinde paratum tronum ascendit et, pontificalibus violacei coloris indutus, exequias pro defunctis in ecclesia et cemeterio – quod visitavit – de more absolvit. Sumptis vero sacris vestibus albi coloris praemissisque adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo partim auro linito et partim ceruleo colore depicto, in pixide vero argentea intus inaurata tute sub sera et clavi

custoditum. Haec parochialis ecclesia est sub invocatione Conversionis Sancti Pauli et fertur esse consecratam, cuius dedicationis dies currit die dominica prima mensis iulii; nullum tamen publicum documentum vel aliquod aliud probabile fundamentum dixit rector habere. Modernus rector est reverendus dominus Franciscus Marchesi, [131] cum bullis apostolicis datis Romae 4 idus ianuarii 1726, qui provisionem percipit a dominis clericis plebis Nigrarii, cui etiam vicariae foraneae est subiectus. Biscentum quinquaginta tres sub hac cura numerantur animae quae sacram communionem sumunt, in totum vero 427, quarum nulla in Paschate fuit inconfessa. Lampas nocte dieque ante sanctissimum Sacramentum manutinetur accensa a dominis clericis praedictae plebis Nigrarii; de cereis vero providet communitas Pruni. Vidit umbellam, baldachinum, velum superumerale, fanalia, amigdalam aliaque neccessaria pro deferendo sanctissimo Sacramento ad infirmos et ex factis perquisitionibus cognovit ad tam pium opus, signis opportune datis, convocari populum ac associantibus impartitas indulgentias publicari. Cum eodem Sacramento die festo Corporis Christi solemnen fieri processionem illudque debitis temporibus renovari. [131^v] Iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, cum sanctissimo Sacramento populo benedixit et eucharistico Pane quamplures utriusque sexus fideles propriis manibus cibavit. Sacerdotalibus inde apparamentis indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit nec non denuo Eucharistiae sacramentum ministravit. Porro actis Deo optimo maximo debitis gratiis, ad parochialem domum reversus, prandium sumpsit. Ordinata. Communicatis in Paschate distribuantur schedae et subinde colligantur – clavis tabernaculi fiat argentea, cum suo flosculo albo sericeo pendente – provideantur duo fanalia pro decentiori associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos, ad quem effectum provideatur quoque parvus tronus decentis formae – spera vitrea fenestrae lateralis a cornu epistolae altaris maioris laudabiliter sarciatur. Die antedicta 27 augusti 1735 post prandium. Delegata visitatione infrascriptarum ecclesiarum illustrissimo domino [132] vicario visitationis sibi demandatas partes adimplendo, equum ascendit, ad illas se contulit et visitavit [A margine: San Biasio] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sancti Blasii martyris, in contrata Mezani infra limites parochialis ecclesiae de Pruno erectum. Asseritur de ratione dominorum Alexandri et fratrum de Sartoriis ac ab iisdem de omnibus manuteneri. Unicum vidit et visitavit altare ligneum, cum portatili et tribus statuīs representantibus sanctum Blasium, sanctum Sebastianum et sanctum Roccum. In eo fit sacrum diebus festis ex devotione praedictorum dominorum de Sartoriis, nulla extante obligatione. Sacerdos modo celebrans est reverendus dominus Marcus a Cursu de Lugo. Vidit confessionale expositum sed indecentis formae. Sacras visitavit suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae retro altare custodita, de quibus pauperime provisum esse invenit et ordinavit ut infra. Ad custodiam huius ecclesiae invigilat devotus eremita, frater Iacobus Spinella quondam Andreae de Fanis aetatis suae [132^v] annorum 46 circiter tertii ordinis sancti Francisci, cum licentia episcopali die 16 martii 1735, ad sex menses confirmata, visa et restituta, qui inhabitat domum contiguam, quam visitavit. Ordinata. Construatur sacristia congruentis formae – provideantur planetae iuxta colores ecclesiae consuetos, cum suis manipulis, stolis, velis et bursis – patena inaretur – confessionale tamquam indecens et suspensum removeatur – oculus ecclesiae muniatur crate ferrea et spera vitrea vel saltem lintea – tectum ubi et prout indiget reparetur et laudabiliter sarciatur – ianua inducens a domo eremitica in oratorium muro obturetur. Subinde visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium divo Marco [133] dicatum in contrata di Mazano, infra limites parochialis ecclesiae de Pruno. [A margine: San Marco] Assertum fuit esse de ratione communitatis Mazani et ab ipsa una cum piorum eleemosinis de omnibus manuteneri. Duo vidit et visitavit altaria, scilicet: altare maius, sub invocatione sancti Marci, ex ligno constructum cum portatili et icone, ubi hanc legit inscriptionem: “Doninus de Bonaldis debito ac in divum Marcum pietate fieri fecit 1602”. Retro altare habetur choris semicircularis figurae; fertur institutum fuisse legatum a quondam Helisabeth Marcolina missarum duodecim in anno, et singulis diebus festis celebrari ex devotione, stipe tradita a dicta communitate ex eleemosinis. Alterum altare Praesentationis beatae Mariae Virginis, pariter ligneum cum portatile et icone in ligno depicto; in quo altari est simplex perpetuum beneficium a quondam reverendo Bartholomaeo Carradori mense martio 1698 institutum, cum onere missarum quadraginta circiter quolibet anno iuxta redditus bonorum [133^v] legatorum et manutenendi altare, cuius beneficii rector est reverendus Ioannes Antonini, sacerdos de Pruno, cum bullis episcopalibus. Visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra pro sacro faciendo, in choro retro altare maius servatas et bene provisum esse cognovit. De licentia reverendi rectoris Pruni, in hac ecclesia diebus festis docentur habitantes dictae contratae de doctrina christiana. Visitavit quoque coemeterium contiguum, quod inservit pro humanis defunctis praedictae communitatis; nec non visitavit domum contiguam, in qua inhabitat pro custodia dicti oratorii devotus heremita, frater Franciscus Antonini quondam Iacobi de Pruno aetatis suae annorum 56, tertii ordinis sancti Francisci, qui cum repertus fuerit sine licentia episcopali, fuit monitus et cetera. Ordinata. Cum portatile altaris maioris invenerit sine

sepulcro reliquiarum, altare ipsum suspendit donec et usque quo provisum sit de novo portatili iuxta mensuram canonicam - [134] ianua ducens a domo eremitica in ecclesiam prope altare maius muro obturetur. Quibus habitis et cetera. In dicta contrata seu communitate Mazani infra limites antedictae parochialis Pruni in ora Paveghi visitavit quoque [a margine: Oratorio Sinibaldi] privatum oratorium in propriis habitationis aedibus nobilis domini Francisci Sinibaldi, ex apostolico indulto erectum cum unico altare marmoreum portatili munito; quod invenit parvae sed elegantis structurae, a domesticis usibus remotum, stucchi circumundique ornatum et a pietate patroni optime tentum ac provisum. Quibus absolutis, ad parochialem ecclesiam de Pruno se restituit, in quam convocato iam populo et consuetis concomitatus honoribus, descenderat illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, suam pastorem visitationem prosecuturus. Itaque, fuis prius Altissimo precibus, pio doctrinae cristianae operi diligenter vacavit et [134^v] qualis sit ordo, cultus et frequentia nec non quomodo edoctus sit populus per plurimas interrogationes adstantibus factas diligenter perquisivit et bene instructos – Deo dante – reperiit. Quod tamen sanctum et tam proficuum opus omnibus et singulis plurimum in Domino comendavit. Subinde quampluribus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Postea visitavit olea sancta, ad altare maius in arcu a cornu evangelii sub clavi custodita. Sacrum fontem baptismalem, in hac ecclesia erectum et indigere claudi inspexit. Confessionalia pro sacramentalibus confessionibus excipiendis, in ecclesia exposita. Tria altaria, videlicet: altare maius marmoreum in mensa, in reliquis ligneum cum portatili. Hic habetur societas sanctissimi Sacramenti antiquae – ut assertum fuit – erectionis, de qua tamen erectione nullum extat documentum, quae societas una cum dominis clericis altare ipsum manutinet. [135] Altare sanctissimi Rosarii beatae Mariae Virginis, ex marmoribus constructum cum portatili, manutentum a societate eiusdem sanctissimi Rosarii hic instituta, cum litteris patentibus vicarii generalis ordinis praedicatorum datis Romae die 31 ianuarii 1608. Habet onera missarum, prout in pollicea. Altare sancti Pancratii seu beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo, pariter marmoreum cum portatili, in quo ab anno usque 1693 extat erecta societas eiusdem beatae Mariae Virginis Carmelitanae, cum onere manutinenti altare et missarum prout in dicta pollicea, in fine huius posita ad litteram **P**. Visitavit sacristiam, sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacris functionibus peragendis et sufficienter provisam invenit. Vidit suggestum, totam ecclesiam, Conversioni Sancti Pauli dicatam et ordinavit ut sequitur. Ordinata. Arcula oleorum sanctorum intus vestiatur panno serico violacei coloris - [135^v] Provideantur vasa necessaria pro oleis sanctis ad usum fontis baptismalis et alia tria vasa pro illis servandis in sua arcu – locus in quo extat erectum baptisterium tute claudatur vel alibi baptisterium ipsum tuta et decenti forma erigatur – prope idem baptisterium fodiatur et construatur sacrarium – confessionalia muniantur aliqua imagine pia a parte poenitentium – portatile altaris maioris cooperiatur tela cerata et altare ipsum tela stragula – fenestra laudabiliter sarcitur in speris vitreis – provideatur tumulum mortuorum seu castrum doloris, ut decenti ritu peragantur defunctorum exequiae – portatile altaris sanctissimi Rosarii tantisper a mensa elevetur, in ea firmetur et tela cerata cooperiatur. Mensa vero tela stragula tegatur. Item portatile altaris beatae Mariae Virginis Carmelitanae firmetur in mensa et cooperiatur tela cerata nec non eiusdem mensa tegatur tela stragula. [136] In sacristia construatur fons pro abluendis manibus sacerdotum cum suis manutergiis. Conficiatur liber in quo describantur missae in hac ecclesia quotidie celebratae, cum nomine et cognomine sacerdotum celebrantium et pro qua obligatione celebraverint. Provideatur vexillum mortuorum – provideatur pellicula pro urceolis – muri coemeterii laudabiliter sarciantur – via seu transitus per idem coemeterium sit interdicta et omnino removeatur. Reversus ad aedes parochiales, praesentata fuit supplicatio a reverendo rectore Pruni tenoris infrascripti, videlicet: Eccellenza Reverendissima. Con sentenza dell'illustrissimo e reverendissimo Marco Gradenigo vescovo di Verona del dì 31 agosto 1719 fu dismembrata la chiesa di San Giovanni Battista di Cerna dalla parochiale di San Paolo di Pruno et in nuova parocchia eretta. Alcuni anni [136^v] doppo il paroco, o sia curato di Cerna unitamente alla sua comunità fece protesto e causa contro il paroco di Pruno, che in quel tempo era, per la contribuzione de cere per la cereale et ottenne sentenza dall'illustrissimo signor vicario Santiglia favorevole, nella quale fu deciso che le cere soministrate da reverendi signori chierici di Negrar per la cereale fossero egualmente distribuite tra la nuova parocchia figliale di Cerna sudetta e la matrice di Prun. Ma trovando io alla mia venuta a questa chiesa tale sentenza e vedendo esser pregiudiziale, feci li miei lagni con il sudetto paroco di Cerna e comunità cosiche si fece amichevole composiozione et in vece di somministrargli lire tre di cera fu somministrata lire due e mezza di cera sudetta per la medesima composizione, sul riflesso del numero di quelle di Cerna e maggiori nella parocchia di Prun, qual composizione sempre fu osservata e, perché a quiete commune anche in avvenire si osservi la medesima composizione, ne porgo a vostra eccellenza reverendissima [137] umile istanza per il suo autorevole decreto sopra tale amichevole composizione e caso che la comunità e Paroco ricusino il praticato fino ad ora presente, umilmente alla

giustizia di vostra eccellenza reverendissima le mie istanze riverentissime per la moderazione di tal sentenza a proporzione delle anime che sono nel commun di Cerna e nella mia chiesa parrocchiale. Grazie et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, visa huiusmodi supplicatione, illam admisit si et in quantum et cetera, sibi resservando statuere quidquid et cetera, audita prius adversa parte et ita et cetera, omni et cetera. Posthaec quieti se dedit et pernoctavit. Die dominico 28 mensis augusti 1735. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, volens sacrum facere, consuetis caeremoniis et honoribus praestitis in antedictam parochialem ecclesiam descendit. Porro, pia emissa preparatione sacerdotalibusque aparamentis indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et aliquibus [137^v] petentibus eucharisticum Panem suis manibus distribuit aliisque Confirmationis sacramentum paterno suo amore ministravit. Actis vero Deo oprimo maximo debitis gratiis, in aedes parochiales se se recepit et, una cum suo vicario visitationis pro tribunali sedit. Coram quo comparuerunt Catharina Frachetti, uxor Dominici Adami aetatis suae annorum 40 circiter; Margarita Marangoni, uxor Sebastiani Coatto aetatis suae annorum 40 circiter; Angela Fasoli, vidua quondam Nicolai Tomasi aetatis suae annorum 60 circiter; Barbara Rocca, uxor Pauli Adami aetatis suae annorum 60 circiter et Lucia Tomasini, uxor Ioannis Vivianni aetatis suae annorum 60 circiter: obstetrices, quae interrogatae et examinatae super eius munere baptismi sacramentum conferendi in casibus necessitatis, habiles et idoneae repertae fuerunt. [138] Comparuit reverendus dominus Franciscus Marchesi, rector parochialis ecclesiae Pruni et obtulit bullas apostolicas Romae datas 4 idus ianuarii 1726 provisionis huius beneficii, quod per concursum obtinuit. Praesentavit quoque policeas iuxta edictum visitationis, repositas in fine huius libri ad litteram **P** necnon ostendit libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum, quos bene digestos et tentos invenit. Interrogatus de suo clero et populo, bene de utroque retulit et antequam et cetera praesentavit supplicationem tenoris sequentis, videlicet: Eccellenza reverendissima. Con occasione di seppellire nella chiesa di Sant’Anna di Alfaedo il cadavere di Lorenzo Lavarini di questa parochia di Prun, insorse pretesa del curato don Paolo Benedetti, che era di quel tempo curato della sudetta chiesa, di volere con propria autorità fare le funzioni parrocchiali sopra il cadavere medesimo spettanti al paroco di Prun, come suo parochiano, ritenersi le cere pure [138^v] spettanti ad esso, il di più impedire il cantare la messa che si doveva fare sopra di esso dal detto paroco di Prun, al quale perciò fu necessario far ricorso alla giustizia e, con monitorio 10 settembre 1720, divertire tutti li pregiudicii che insorsero e che erano per insorgere per tale occasione, in seguito al quale furono praticate le proprie istanze dal paroco di Prun con atto 15 novembre 1720 con cui dato il termine al curato di Sant’Anna don Paolo Benedetti oppondersi e dire tutto ciò che fosse di sua ragione e, non avendo ardimento di comparire, seguì decreto contumaciale 10 marzo 1721 favorevole alle proprie istanze del sudetto paroco di Prun, con rilassazione et cetera. Supplico pertanto la giustizia di vostra eccellenza reverendissima che, venendo il caso di seppellire nella parrocchia di Sant’Anna cadaveri miei parochiani, venga osservato quanto fu dalla giustizia – come sopra esposi – decretato e fino ad ora praticato a tenore del decreto 10 marzo 1721, a divertimento de disordini et a pace e quiete commune, dichiarando che le [139] cere che saranno esposte dalle compagnie o comunità di quel loco restino ad essi a tenore delle parti del serenissimo prencipe, quando però questo non sia fatto con frode e inganno. Grazie et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa praesenti supplicatione, illam admisit si et in quantum et cetera, resservando sibi statuere quidquid et cetera, visis prius videndis et auditis audiendis et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Subinde comparuerunt reverendus dominus Ioannes Antonini, sacerdos de Pruno aetatis suae annorum 63 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis; est cappellanus seu rector simplicis ecclesiastici beneficii erecti in oratorio Sancti Marci de Mazano ad altare beatae Mariae Virginis, cum bullis episcopalibus diei 6 ianuarii 1703. Reverendus dominus Ioannes Baptista Cipriani de Pruno aetatis suae annorum 46, simplex sacerdos promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Reverendus dominus Ioannes Matthaues Benedetti, sacerdos de sancta Anna [139^v] Alfaeti, curatus parochialis Pruni aetatis suae annorum 27 circiter, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato episcopali die 14 martii 1735 ad annum pro maribus et etiam mulieribus infirmis concesso. Reverendus dominus Petrus Viviani, clericus subdiaconus aetatis suae annorum 23, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Venerabilis clericus Adam Tomasi, in minoribus ordinibus constitutus aetatis suae annorum 21 cum dimidio circiter. Qui omnes, debita cum deveneratione, sua mandata et requisita obtulerunt, visa et restituta. Demum comparuerunt massarius et consiliarii communitatis nec non prior, massarius et consiliarii societatum qui, diligenter perquisiti de vita et moribus ac diligentia in suo munere praestando reverendi rectoris et cleri, bene retulerunt de utroque. Deinde asseruerunt nonnulla legata cum onere missarum indigere reductione, pro qua reductione humiliter insteterunt. [140] Super quibus illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus dixit videnda esse documenta, sibi resservando

statuere quidquid et ita et cetera, omni et cetera. His expletis, prandium sumpsit. Die antedicta 28 mensis augusti 1735 post prandium. Suam pastorem visitationem parochialis ecclesiae Pruni cum recitatione *De Profundis* de more clausit receptisque devenerationis et grati animi signis, iter ad parochialem de Fanis habiturus equum ascendit, sed – proh dolor! – vix equum ascendit et equus humi procubuit non sine discrimine vitae illustrissimi et reverendissimi praesulis. Eius familia, clerus et populus, omnes maerore confecti, occurrunt et amatissimum antistitem a periculo liberant ac, Deo et deipara Virgo Maria faventibus, incolumem ad edes parochiales perducunt. Paulisper quievit et imperteritus alium ascendit equum suumque statutum iter arripuit, a reverendo rectore Pruni et curato Fanarum associatus honoribusque a populo Pruni ad confinia usque prosecutus. Ad confinia perventus, plurima explosione salutatus et exceptus [140^v] fuit ab armatis hominibus communis Fanarum; subinde ab utriusque sexus populo processionaliter accurrente et pias laudes decantante, quo praeunte ad domum parochialem, sonantibus campanis, ductus fuit, quam domum pro sua mansionem statuit ibique quievit.

[A margine: FANE] Interim, omnibus opportune dispositis longioribusque vestibus indutus, sub baldachino a quatuor dignioribus loci viris gestato receptus, deosculata cruce sibi in egressu domus a reverendo curato oblata, processionaliter ad ecclesiam perexit illamque, facta prius de more in eius limine aquae benedictae aspersione receptoque thurificationis honore, solemniter ingressus est. Ante altare maius progressus, pias preces Deo fudit illudque ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit omnibusque adstantibus suam episcopalem indulgentiam impartitus est. Ad tronum sibi paratum venit ibique, indutus pontificalibus violacei coloris, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio – quod visitavit – de more absolvit. [141] Indutus postea albis indumentis, praemissis adoratione, hymno et turificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo auro linito et in pixide argentea in cuppa auro linita in interiori parte, sub ostiolo clavi et sera bene et tute custoditum. Ex factis perquisitionibus cognovit huiusmodi ecclesiam esse sub titulo Sanctorum Georgii et Antonini, non consecratam; animas quae sacram communionem suscipiunt 230 numerari, in totum 368; unica extabat in Paschate inconfessa, quae admonita suum persolvit debitum; sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem publicam et solemnem die festo Corporis Christi fieri processionem; dum ad infirmos contingit deferri, debitis signis ad illud associandum populum convocari et pro decenti associatione haberi baldachinum, umbellam, vexillum, tronum, fanalia aliaque opportuna et neccessaria, ostensa et visa [141^v] nec non associantibus impartitas a summis pontificibus indulgentias publicari; lampadem nocte dieque accensam ante sanctissimum Sacramentum manuteneri a communitate, ad quam onus totam providendi et manutenendi ecclesiam spectat. Iterum, praemissis adoratione, hymno et turificatione, sanctissimo Sacramento populo benedixit illudque reposuit. Porro, delegata reliqua visitatione huius ecclesiae quoad altaria et cetera illustrissimo suo vicario visitationis, in aedes parochialis se se recepit, quievit et incenatus pernoctavit. Illustrissimus vero dominus vicarius, demandatam sibi visitationem proseguendo, visitavit olea sancta, ad altare maius a cornu evangelii in arcua ad hoc parata et vasculis stanneis servata, quae singulis annis percipiuntur a plebe Nigrarii, quo reverendus curatus huius ecclesiae accedit inserviturus in conficiendo sacro fonte. Fontem baptismale, a cornu epistolae in calce ecclesiae [142] erectum et sub rastris ligneis serca et clavi custoditum. Duo confessionalia pro excipiendis sacramentalibus poenitentium confessionibus in ecclesia exposita et sugestum in quo aliquando reverendus curatus concionem habet. Duo altaria, scilicet: altare maius, sub titulo sancti Georgii marmoreum in mensa, in reliquis ligneum cum portatili. Hic est erecta societas sanctissimi Sacramenti; habetur onus missarum quatuor in anno ex annuo fructu capitalis ducatorum 40 per legatum quondam reverendi Francisci Quintarelli, olim huius ecclesiae curati, prout ex eius cedula testamentaria in actis cancellariae praetoriae – ut assertum fuit – anni 1708. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, in quadam capella a cornu evangelii ex marmoribus erectum, cum portatili et icone. Est privilegiatum pro confratribus societatis eiusdem beatae Mariae Virginis ibi erectae quolibet die sabbatho, ut ex brevi apostolico dato Romae die 24 iulii 1732 ad septennium. Dictae erectionis ostensa fuere documenta [142^v] vicarii generalis ordinis praedicatorum sub datum Romae 10 septembris 1632 et alia sub die 29 ianuarii 1633. Haec societas fruitur nonnullis redditibus cum onere missarum, ut in policea in fine huius libri sub littera Q reposita. Visitavit sacristiam iacentem a latere altaris maioris a cornu epistolae, sacras suppellectiles ac vasa sacra, in armario ex nuce bene tenta, de quibus sufficienter vidit esse provisum. Vidit totam ecclesiam et coemeterium et ordinavit ut sequitur. Ordinata. Clavis tabernaculi fiat argentea, cum suo flosculo sericeo albo pendente – provideantur tria fanalia, quorum alterum sit maius – vascula oleorum sanctorum vel laudabiliter sarciantur vel de novo provideantur – sera et clavis ostioli dictorum oleorum sanctorum tute accomodentur – capsula nucea pro iisdem oleis muniatur sera et clavi – capsula pro oleo infirmorum laudabiliter sarciatur - [143] portatile altaris maioris cum eius sepulcro sit fractum, de novo

provideatur iuxta mensuram canonicam – ingressus laterales altaris sanctissimi Rosarii retro ipsum altare inducentes rastris muniantur – altare praedictum provideatur de novo portatili mensurae canonicae, cum portatile quod extat careat sepulcro – conficiatur liber in quo quotidie describantur sacerdotes celebrantes, cum eorum nomine et cognomine et pro qua obligatione celebrent – ostensorium firmetur et aptetur in lunula ita ut fragmenta, si quae forte decident, non deperdantur – erigatur crux ferrea in culmine tecti – muri coemeterii altius erigantur et ubi ac prout indigent laudabiliter sarciantur. Die lunae mane 29 mensis augusti 1735. Illustrissimus dominus vicarius, sibi demandatam visitationem infrascripti oratorii impleturus, ad illud equitando se contulit et visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione [143^v] Patrocinii beatae Mariae Virginis [a margine: Patrocinio di Maria Vergine] in contrata *delle Giare* infra limites parochialis ecclesiae Fanarum, ab ea tamen spatio unius miliarii cum dimidio distans situm. Fuit erectum a fundamentis ac dotatum 20 circiter ab hinc annis, anno scilicet 1715, a praedicta contrata propriis et piorum sumptibus, a qua etiam de omnibus manutinetur. Unicum vidit et visitavit altare cum portatili et icone, in quo ex devotione et comoditatis gratia antedictae contratae singulis diebus festis celebratur missa, modo per reverendum dominum Sanctum Guardini, cappellanum de Fanis aetatis suae annorum 34, stipe tradita a dicta contrata. De licentia reverendi curati Fanarum hic quoque diebus festis in praedicta contrata habitantibus traditur doctrina cristiana. Retro altare extat chorus, qui inservit pro sacristia et ibi visitavit sacras suppellectiles pro sacro faciendo, de quibus satis provisum esse cognovit. Porro, factis infrascriptis ordinationibus, ad parochialem [144] ecclesiam se restituit. Ordinata. Palium altaris renovetur – sarciantur alba ubi indiget vel de nova provideatur – fiat fons pro abluendis manibus sacerdotis celebrantis, cum suis manutergiis – provideatur labellum pro aqua benedicta ad usum sacerdotis celebrantis. Illustrissimus vero et reverendissimus praesul, consuetis honoribus concomitatus, ad praedictam parochialem Sanctorum Georgii et Antonini petiit. Genuflexus ante altare maius, pro celebratione missae piam emisit praeparationem. Sacerdotalibus autem indutus apparamentis, sacrosanctum missae sacrificium celebravit ac multo utriusque sexus populo propriis manibus eucharisticum Panem distribuit. Porro actis Deo optimo maximo debitis gratiis, comoditati populi paterno amore indulgens, in edes parochiales se se recepit. Interim eiusdem populi [144^v] pietatis operibus absolutis, iterum ad ecclesiam venit, sancto doctrinae christianae operi vacaturus. Itaque, facta diligenti perquisitione de ordine, cultu et frequentia tam preclari operis per examen pueros et puellas expertus est et – Deo dante – sufficienter instructos invenit. Demum, cum tam neccessarium opus sibi plurimum cordi sit, illud vel maxime in Domino omnibus et singulis comendavit. Subinde laboribus minime parcens, quamplurimos utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. His peractis, ad edes parochiales reversus, pro tribunali sedit; coram quo comparuerunt: Dominica Tomasi, uxor Dominici Spinella aetatis suae annorum 56 circiter; Flos Cipriani, vidua quondam Cipriani de Ciprianis aetatis suae annorum 52 circiter et Margherita Carli, uxor Antonii Frachetti aetatis suae annorum 52 circiter: [145] omnes obstetrices, quas per examen habiles et idoneas invenit pro administratione sacramenti baptismatis in casu neccessitatis. Comparuit reverendus dominus Ioannes Baptista Quintarelli, sacerdos de Nigrario aetatis suae annorum 70 circiter, curatus amovibilis huius ecclesiae electus et deputatus ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo, cum mandato diei 7 aprilis 1708, confirmato die 27 iunii 1735 ad annum, quod praesentavit una cum libris parochialibus baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, quos vidit, bene tentos invenit et restituit. Insuper obtulit policeas iuxta aedictum, in fine huius libri positas sub littera Q. Interrogatus de suo populo et clero, bene de utroque respondit et nullum sub hac sua cura (quam filialem asseruit matricem Pruni dismembratam anno 1628, de omnibus a communitate manutentam) habere hominem haeticum vel de haeresi suspectum, uxurarium et cetera, quod ipse sciat ibique compertum sit. [145^v] Reverendus dominus Sanctus Guardini, sacerdos de Fanis aetatis suae annorum 35, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis avii sui, confessarius cum mandato episcopali diei 6 iulii 1734, confirmato die 9 iulii 1735 ad annum, quod et simul sua requisita cum debita deveneratione ostendit, visa et restituta. Postremo a dignioribus eiusdem loci viris diligentes sumpsit informationes de vita et moribus ac diligentia in suo munere praestando praefati reverendi curati, de quo et de reverendo Guardini pro curato bene relatum fuit. Quibus absolutis, prandium sumpsit. Die antedicta 29 augusti 1735 post prandium. Post prandium, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus suam pastorem visitationem parochialis ecclesiae Fanarum cum recitatione *De Profundis* de more clausit et, intimata iam pro hac die sua pastoralis visitatione parochiali ecclesiae de Turbis, ab eiusdem curato, loco rectoris ob gravem aetatem excusati, cum deveneratione receptus et a reverendo curato et populo Fanarum ad confinia usque honorifice concomitatus, illuc iter suum equitando arripuit, [146] frequentibus explosionibus honoratus fuit et ab hominibus Fanarum ad confinia usque et ab hominibus Pruni illac pertranseundo et ab hominibus de Turbis dominationem suam illustrissimam et reverendissimam cum laetitia suscipientibus, cui

tandem et reverendus rector, licet annosus, annorum sciliter 90 circiter et utriusque sexus populus de Turbis processionaliter pias laudes decantans occurrit; quo praeunte, ad parochiales aedes ductus fuit, quas pro sua mansione statuit ibique paulisper quievit.

[A margine TORBE] Opportune interim omnibus paratis, sub baldachino a quatuor selectis viris gestato receptus, deosculata cruce sibi in egressu domus oblata, honorifice concomitatus, ad parochialem ecclesiam Sancti Petri de Turbis processionaliter venit et, facta in limine portae aquae benedictae aspersione receptoque thurificationis honore, solemniter illam ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces Deo fudit; subinde illud ascendit et, recitata titularis oratione, populo bendixit suamque episcopalem indulgentiam omnibus adstantibus de suo mandato publicatam impartitus est. [146^v] Thronum sibi paratum ascendit indutusque pontificalibus violacei coloris, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio absolvit. Sumptis vero sacris apparamentis albi coloris, adoratione, hymno et thurificatione praemissis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et in pixide argentea intus inaurata sub ostiolo ferreo sera et clavi argentea bene et tute custoditum. Haec parochialis ecclesia est filialis parochialis Pruni, a qua fuit dismembrata apostolica auctoritate cum bullis datis Romae apud Sanctam Mariam Maiorem quinto kalendas augusti 1646, de qua re videri etiam potest sententia illustrissimi domini Cozzae de Cozzis sede episcopali vacante diei 23 aprilis 1660. Non est consecrata et eiusdem tria altaria sunt cum portatilibus. Sub hac cura animae quae sacram communionem suscipiunt bis centum numerantur, in totum vero 240. Lampas ante sanctissimum Sacramentum nocte dieque ardet sumptibus communitatis, quae providet etiam de cereis. [147] Ex factis perquisitionibus habuit sanctissimum Eucharistiae sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem die festo Corporis Christi solemnem fieri processionem; opportune extare pro honorifica associatione ad infirmos, baldachinum scilicet, umbellam, tronum, amigdalam, fanalia et alia neccessaria, quae ostensa vidit; dum vero illud deferri contingit, consueta dari signa pro convocando populo associantibusque impartitas a summis pontificibus publicari indulgentias. Iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, cum eodem sanctissimo Sacramento populo benedixit. Subinde in aedes parochiales se se recepit, quievit et pernoctavit. Porro illustrissimus dominus vicarius visitationis sibi demandata prosecutione visitationis, visitavit olea sancta, ad altare maius in loculo ad hoc parato a cornu evangelii in vasculis stamneis sub sera et clavi bene et tute custodita. Assertum fuit quot annis renovari et recipi a cathedrali Veronae. Fontem baptismalem, a latere evangelii in capellula recenter extructa erectum et bene tentum. [147^v] Confessionale et tria altaria, scilicet: altare maius, divo Petro ecclesiae titulari dicatum, ex marmoribus constructum cum portatili et ianuis lateralibus quoque marmoreis inducentibus in corum. Extat societas sanctissimi Sacramenti, de cuius erectione nullum habetur documentum. Altare Immaculae Conceptionis beatae Mariae Virginis, in capella a cornu epistolae ex marmoribus erectum, cum statua et icone beatae Mariae Virginis ac portatili, manutentum a communitate et societate eiusdem beatae Mariae Virginis ibi existente, de cuius pariter erectione nullum apparet documentum. Haec societas habet quosdam redditus valoris annui ducatorum 35 circiter cum oneribus ut in policea, in fine huius libri sub littera **R** reposita. Altare ipsum est privilegiatum pro confratribus defunctis quolibet die sabbathi, ex brevi apostolico dato Romae die 7 iulii 1731 ad septennium. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, in capella a cornu evangelii, ex marmoribus confectum, cum icone et portatili. Ibi [148] est erecta societas eiusdem beatae Mariae Virginis, quae una cum communitate manutinet altare. Dicta societas nullum protulit documentum pro canonica erectione. Haec tamen legitur memoria: “Bulla atque dispensatio concessa fuit sub Innocentio X die 13 aprilis 1652”, quae forsitan referri potest ad eius institutionem; habet aliquot annuos redditus ducatorum 15 circiter et onera ut in supradicta policea, ex qua missae legatariae dignoscuntur et sunt sex pro quondam Bartholomaeus Sembolin, duo pro quondam Iacoba vel quondam Adami Mischia, tres pro quondam domina Angela Zanoni, viginti pro quondam Ioanne Baptista Peroni, pro quo etiam officium missarum decem, sexdecim pro quondam Iacobo Vignola et eius uxore, sex pro quondam Helisabeth Semolini, septem pro quondam Iacobo Franceschini, duo pro quondam Adam Mischie, duo pro quondam reverendo domino Matthaeo Paulini et [148^v] missa quotidiana pro quondam nobili domino Curio Boldini, prout in dicta policea et cetera, cui et cetera. Dictus nobilis dominus Curius Boldieri instituit dictam capellaniam seu officiatorum quotidianam suo testamento diei primae septembris 1693, cum obligatione bonorum a se aquisitionum a domino Alexandro Carcereri in pertinentia de Turbis in contrata del Cengio. Modo adimplet reverendus dominus Bonaventura Turri, sacerdos de Sancto Floriano, stipe tradita a nobili domino Ferdinando Manfredi successore ducatorum 86 in anno, cum mautentione sacrarum suppellectilium pro eadem officiatuaria necessariorum, quae in sacristia servantur sumptibus praedicti nobilis domini Ferdinandi. Visitavit sacristiam, a cornu epistolae altaris maioris erectam et sacras suppellectiles et vasa sacra, quae bene tenta invenit. Vidit totam ecclesiam et coemeterium circum ecclesiam existens et ordinavit

ut infra. Ordinata. Provideantur tria fanalia, quorum alterum maius [149] pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – communicatis in Paschate distribuuntur schedae et subinde colligantur – provideatur missale romanum novum, cum missis novissimis sanctorum – caetera missalia laudabiliter sarciantur et provideantur de missis sanctorum novissimis, de quibus provideatur quoque missale ad usum officiatorum Boldieri – conficiatur liber in quo describantur quotidie nomina et cognomina sacerdotum in dicta ecclesia celebrantium et pro qua obligatione celebrent – sacrae suppellectiles ubi et prout indigent laudabiliter sarciantur – provideatur planeta nigri coloris ad usum officiatorum Boldieri cum suis stolla, manipulo, velo et bursa – ingressus in coemeterium muniatur rastris ferreis vel saltem ligneis. [149] Die 30 augusti 1735 mane martis. Convocato iam populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus praesul, honorifice associatus et sub baldachino receptus, ductus fuit ad praedictam parochialem ecclesiam Sancti Petri de Turbis, quam per solitas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piam emisit praeparationem pro celebratione missae. Sacerdotalibus apparamentis indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et quamplurimis utriusque sexus christifidelibus eucharisticum Panem propriis manibus distribuit. Actis vero Deo optimo maximo gratiis, in trono sedens sancto doctrinae christianae operi vacavit et, factis perquisitionibus de ordine, cultu et frequentia tam pii exercitii, pueros et puellas per varias interrogationes expertus est et bene instructos invenit. Cum vero tantum opus sibi plurimum cordi sit, illud omnibus et singulis in Dominocomendavit. Demum Confirmationis sacramentum, paterno amore ministravit. Quibus habitis, ad aedes parochiales reversus, pro tribunali sedit et comparuit [150] reverendus dominus Michael Cressini, rector huius parochialis ecclesiae de Turbis aetatis suae annorum 90 et ultra. Obtulit bullas episcopales eiusdem beneficii, datas Veronae die 3 ianuarii 1673. Praesentavit policeas iuxta aedictum visitationis, repositas in fine huius libri sub littera **R**. Ostendit libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, quos lustravit et ordinavit ut infra. Interrogatus de suo populo, bene retulit. Expertus est obstetricem Dominicam Zanoni, viduam quondam Paschalis Maistri annorum 64 et bene instructam invenit in colatione sacramenti baptismatis in casu necessitatis. Sumptis inde diligentibus informationibus de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo reverendi rectoris et habuit quoad vitam et mores laudabilem esse, quo vero ad eius officium praestandum ob nimis gravem aetatem esse ineptum et indigere subsidio. Quibus habitis et factis infrascriptis ordinationibus et [150] decretis, prandium sumpsit. Ordinata et Decreta. In describendis partitis mortuorum describatur morbus – mandata episcopalia pro dispensationibus matrimonialibus servantur in fillo – in partitis matrimoniorum testes sint rogati et exprimatur, omnes vero libri parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum renoventur et ordine alfabetico digerantur. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, oculariter inspecta in pastoralis sua visitatione impotentia reverendi domini Michaelis Cressini, rectoris parochialis ecclesiae Sancti Petri de Turbis ob eius ingravescentem aetatem annorum 90 et ultra et oretenus etiam habitis informationibus de inconvenientiis ob id obortis, tum circa celebrationem missarum, tum circa curam animarum in administratione sacramentorum, ideo, ne ecclesia et animae detrimentum patiantur, deputavit in vicarium eiusdem ecclesiae reverendum dominum Venturam Turri, sacerdotem cappellanum eiusdem parochialis, eidem iniungendo ut ad curiam episcopalem accedat opportunum [151] mandatum accepturus et ita et cetera, omni et cetera. Insuper decrevit supradictum reverendum dominum Michaellem Cressini celebrare non debere missam sine sacerdote assistente, ad tollendas inconvenientias in tanto ministerio et ita et cetera, omni et cetera. Die antedicta 30 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, cum recitatione *De Profundis* suam pastorem clausit visitationem parochialis ecclesiae de Turbis receptusque ab admodum reverendo archipresbytero Nigrarii ac concomitatus ab armatis hominibus eiusdem loci de Turbis usque ad confinia saepe saepius explodientibus, iter suum Nigrarium versus equitando arripuit. Quo in itinere suo illustrissimo domino vicario visitationis infrascriptarum ecclesiarum, seu oratoriorum visitationem faciendam delegavit. Porro ad confinia perventus, obvios habuit homines armatos Nigrarii, clangentibus tubis et plurima explosione suam illustrissimam et reverendissimam dominationem cum deeneratione et laetitia suscipientes; subinde utriusque sexus populum processionaliter pias laudes decantantem; [151] quibus omnibus praeceuntibus, sonantibus campanis tibiisque vulgo *abue*, ad parochialem aedes perductus fuit, in quibus suam fixit mansionem et, receptis honoris et deenerationis argumentis, ignibus etiam artefactis nocturno tempore quieti indulgit et incenatus pernoctavit. Illustrissimus autem dominus vicarius visitationis sibi demandata exequendo in praefato itinere a parochiali de Turbis ad parochialem Nigrarii visitavit [a margine Oratorio privato Conte Boni] oratorium privatum suis in aedibus erectum a nobilibus dominis comitibus Alberti et fratribus de Bonis in contrata Cerghiaghi infra limites parochialis ecclesiae Nigrarii, ex apostolico indulto in hac cancellaria episcopali – ut assertum fuit – existens erectum, sub invocatione et cum icone beatae Mariae Virginis Adoloratae. Extat constructum

altare in capelula decenti, a domesticis usibus remota cum portatili, in quo celebratur ex devotione iuxta facultatem per praedictum apostolicum indultum impartitam. Tum ad ornatum, tum ad sacrum faciendum est de omnibus honorifice provisum. [152] [A margine: San Francesco] Visitavit simplicem ecclesiam, seu publicum oratorium ab anno usque 1691 – ut fertur – aedificatum sub invocatione Sancti Francisci in contrata de Villa, infra limites plebis Nigrarii, de familiis Quintarelli, a quibus de omnibus manuteneretur. Unicum ibi vidit et visitavit altare ligneum cum portatili et icone; ex devotione in eo aliquando celebratur, nullo – prout asseritur – extante onere perpetuo. Vidit sacras suppellectiles pro sacro faciendo neccessarias in ipso oratorio custoditas, cum careat sacristia. Ordinata. Construat sacristia in forma decenti, et condigne baldachinum supra altare pendens laudabiliter sarciatur – portatile altaris paulisper deprimatur – altare ipsum provideatur de decenti antipectile et de tobalea ac de pulvinaribus – provideatur novum missale romanum cum sanctis novissimis – sarciantur prout indigent sperae vitreae – amoveantur crates pro confessionibus excipiendis - [152^v] provideatur planeta nigri coloris cum suis manipulo, stola, velo et bursa – erigatur crux ferrea in culmine tecti eiusdem oratorii. Porro dictum fuit nullum quidem extare onus missarum perpetuum, sed temporalem haberi officiatorum in hoc oratorio, per annos scilicet 40 a viginti quinque circiter ab hinc annis inceptos, ex legato quondam reverendi domini Francisci Quintarelli missarum quadraginta in anno, quas celebrat admodum reverendus archipresbyter vel eius curatus Nigrarii. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Nicola] Visitavit publicum oratorium divo Nicolao Tolentino dicatum, in contrata de Cirese infra limites plebis Nigrarii, de ratione nobilis domini Aloysii Manfredi, duodecim circiter adhinc annis erectum, a quo de omnibus providetur et manuteneretur. Unicum habetur altare ex lignis compactum, cum portatili et icone, in quo celebratur ex mera devotione praefati nobilis domini Manfredi, modo per reverendum dominum Ioannem Baptistam Cipriani, sacerdotem de Pruno. Visitavit sacristiam contiguam a latere evangelii erectam, [153] sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae et bene provisum esse et tentum invenit. Ad custodiam praedicti oratorii residet devotus haeremita Consolinus Consolà quondam Thomae aetatis suae annorum 83 circiter, induens habitum tertii ordinis sancti Francisci. Quibus habitis et cetera. [A margine: Decolacion di San Giovanni Battista] Visitavit publicum oratorium sub titulo Decolationis Sancti Ioannis Baptistae in contrata *della Sorte* infra limites plebis Nigrarii, ab anno vel duobus circiter a fundamentis erectum a pietate nobilis domini comitis Nicolai Giustiniani, a quo de omnibus manuteneretur. Oratorium ipsum est decentis et honorifice formae, cum fornice et scammis nuceis circum ornatum. Unicum in eo extat altare ex marmoribus elaboratum, cum statua sancti Ioannis Baptistae super ipsius gradus erecta, cum portatili et ianuis lateralibus item marmoreis in chorum inducentibus. Ibi celebratur ex mera devotione praefati nobilis domini comitis Nicolai, modo per reverendum dominum Antonium Murari, sacerdotem de Nigrario. [153^v] Vidit sacristiam prope chorum a cornu evangelii existentem ibique sacras suppellectiles pro sacro faciendo, de quibus decore provisum esse et bene tentum, nihilque ordinandum, immo Patroni pietatem laudandam invenit. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Pietro] Visitavit simplicem ecclesiam, quae tamen fertur fuisse antiquam plebem, sub titulo Sancti Petri in contrata eiusdem Sancti Petri, infra limites plebis Nigrarii, de ratione dominorum clericorum ipsiusmet plebis. Unicum vidit et visitavit altare ex lignis compactum cum portatili. Retro extat chorum, inserviens pro sacristia, formae semicircularis. Nullae tamen servantur sacrae suppellectiles; nam illae, dum aliquando ex devotione fit sacrum, deferuntur ab ecclesia parochiali. Extat coemeterium et campanile cum unica campana. Quibus habitis et cetera. [A margine: Sant'Antonio] Visitavit publicum oratorium seu simplicem ecclesiam divo Antonio Patavino dicatum in contrata Cereti, infra limites plebis Nigrarii erectum, de ratione nobilium dominorum comitum Innocentii et fratrum Tomasini, a quibus de omnibus providetur [154] et manuteneretur. Unicum habetur altare cum portatili, in quo aliquando celebratur ex mera devotione. Vidit sacristiam retro altare constructam ibique sacras suppellectiles pro celebratione missae et satis esse provisum invenit. Quibus absolutis, ad aedes parochiales praedictae plebis Nigrarii se contulit et pernoctavit.

[A margine: NEGRARO] Die mercurii 31 mensis augusti 1735. Suum publicum ingressum in parochialem ecclesiam plebem nuncupatam Sancti Martini Nigrarii, illustrissimus et reverendissimus praesul hac mane habere statuit. Itaque convocato populo per consueta signa omnibusque opportune dispositis, processionaliter receptus sub baldachino a sex selectis viris gestato, honorifice comitatus, deosculata prius cruce in egressu domus sibi a reverendo domino Bartholomaeo Bozini archipresbytero et vicario foraneo pluviali induto oblata, decantante clero canticum *Benedictus* et cetera, sonantibus campanis bellicisque tormentis resonantibus, ecclesiam ipsam adivit. In limine portae maioris, [154^v] aspergillo a praedicto archipresbytero praestito, populum genuflexum aqua benedicta aspersit et, recepto thurificationis honore solemniter sonantibus organis ac tibiis tubisque clangentibus, templum ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces Deo fudit; subinde altare ascendit eoque deosculato recitataque titularis oratione, populo benedixit

suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam omnibus adstantibus impartitus est. Ad thronum sibi paratum venit ubi, pontificalibus violacei coloris indutus, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio ecclesiae adnexo de more absolvit. Sumptis vero pontificalibus albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo partim picturis ornatum partim auro linito et in pixide argentea intus inaurata sub sera et clavi argentea tute custoditum et bene tentum. Haec parochialis ecclesia, plebs nuncupata, est sub titulo Sancti Martini; fertur fuisse consecratam, licet ignoretur tempus nullumque [155] extet documentum et dedicationis dies colitur singulis annis ultima dominica mensis iulii. Eadem plebs numerat clericos porcionantes undecim et clericatus nuncupantur suntque simplicia ecclesiastica beneficia. Animae sub hac cura quae sacram communionem percipiunt 940 recensentur, in totum vero 1500 circiter. Duo fuerunt in Paschate inconfessi, quos illustrissimus et reverendissimus praesul mandavit hac in sua visitatione debitum suum implere, aliter coram se vocari. Lampas die nocteque ante sanctissimum Sacramentum accensa manutenetur expensis dominorum clericorum, in reliquis suplet et manutenet archipresbyter ex facta transactione cum iisdem dominis clericis plebis. Ex factis perquisitionibus cognovit: sanctissimum Eucharistiae sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem solemnem fieri processionem die festo Corporis Christi; honorifice ad infirmos associari ac propterea extare baldachinum, umbellam, thronum, fanalia, ostensorium, velum superumerale aliaque opportuna et neccessaria, [155^v] ostensa et visa, ad quod pium opus opportunis signis convocatur populus et impartitae a summis pontificibus associantibus indulgentiae publicantur; demum communicatis in Paschate distribui schedas et subinde coligi. Iterum praemissa adoratione cum hymno et thurificatione, cum eodem Sacramento populo benedixit ac inde frequentissimo utriusque sexus populo summo labore, sed pari amore, propriis manibus eucharisticum Panem ministravit. Porro sacerdotalibus indutus apparamentis, sacrosanctum missae sacrificium peregit actisque Deo optimo maximo gratiis, nimis defatigatus ad parochiales aedes se se restituit, quievit et prandium sumpsit. Die antedicta 31 augusti 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, consuetis honoribus prosecutus et sub baldachino ut ante receptus, ad praefatam parochialem ecclesiam venit, quam per solitas ceremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, paulisper oravit; thronum subinde ascendit et, honoratus dupplici poetica compositione vulgo *sonetti*, pio doctrinae christianae [156] operi vacavit. In primis quisnam ipsius sit ordo, cultus et frequentia diligenter perquisivit; postea per varias interrogationes de misteriis fidei et neccessariis ad aeternam salutem pueros et puellas ac utriusque sexus populum expertus est et bene instructos invenit. Tamen, cum hoc sanctum opus multum sibi sit cordi, illud omnibus et singulis plurimum in Domino comendavit. Subinde frequentissimo utriusque sexus populo maximo cum labore Confirmationis sacramentum ministravit; porro satis defatigatus et ad parochiales aedes restitutus, quieti se tradidit et incoenatus pernoctavit. Eadem die 31 augusti 1735 post prandium. Coram illustrissimo domino comite Ioanne Petro Porta, archidiacono coadiutore provicario generali ac vicario visitationis, comparuerunt David Belorti massarius, Andreas Tomasi, Petrus Turri, Dominicus Melegati et Vincentius Melegati, omnes consiliarii societatis beatae Mariae Virginis a Cintura in parochiali ecclesia Nigrarii erectae et reverenter exposuerunt quondam Antonium Sona, dum in humanis esset, tunc massarium eiusdem societatis [156^v] banchum construxisse in parochiali Nigrarii prope altare praedictae beatae Mariae Virginis a Cintura et pro eo impendisse tronos centum quadraginta unum eidem solutos anno 1723 ab ipsamet societate prout ex societatis libris liquet; nunc vero eodem banco indebite uti praetendere reverendum dominum Ioannem Baptistam Sona ad sui et familiae usum. Cum autem non sit id iustitiae consentaneum, insteterunt bancum ipsum a reverendo Sona praedicto expeditum relinqui ad liberum usum societatis vel impensas supradictas tronorum centum quadraginta unius ab eius patre quondam Antonio Sona perceptorum persolvi et resarciri et ita et cetera. Illustrissimus dominus vicarius antedictus in primis audiendum esse reverendum Sona praedictum censuit et pro die crastina vocari et moneri mandavit et ita et cetera, omni et cetera. Die iovis prima mensis septembris 1735. Coram illustrissimo domino vicario suprascripto monitus et vocatus venit reverendus dominus Ioannes Baptista Sona et, audita instantia praedictorum confratrum cinturatorum diei externae, [157] dixit et fassus est banchum praetensum a dicta societate esse quidem de eiusdem societatis ratione, sed locum ubi extat patri suo et familiae fuisse assignatum et hoc ipse usum praedicti banchi pro se, matre et sorore sua praetendere et reverenter petere huiusmodi usum sibi et matri et sorori firmari et ita et cetera. Insuper comparuit admodum reverendus dominus Bartholomaeus Bozzini archipresbyter ad effectum reparandi incomoda huiusmodi parochialis sibi commissae banchum cinturatorum prope altare beatae Mariae Virginis a Cintura existens notabiliter impedire altare ipsum pro sacrificio missae, prout ex locali visione cognoscere poterit et huiusmodi locum aptum esse pro erigendo confessionali quo indiget, qua propter reverenter instetit a sua illustrissima dominatione decerni

remotionem dicti banchi et erectionem novi confessionalis ad commodum et decus huiusmodi parochialis et ita et cetera. Illustrissimus dominus vicarius praefatus, auditis et bene perpensis suprascriptis omnibus instantiis, facta locali visione loci banchi praenominati, decrevit bancum ipsum illinc [157] removendum esse et ibi erigi debere confessionale decenti et canonica forma confectum, assignando tamen locum alium in dicta parochiali confraternitati cinturatorum pro eius banco collocando et etiam locum alium reverendo domino Ioanni Baptistae Sona quatenus velit bancum pro se et matre ac sorore extruere, sine tamen alicuius praeiudicio ac incomodo ecclesiae, ita ut in divinis officiis ac ecclesiasticis functionibus ecclesia ipsa numquam impediatur minusque deturpetur et ita et cetera, omni et cetera. Die antedicta 31 augusti 1735 post prandium. Item illustrissimus dominus vicarius visitationis, ex sibi facta delegatione, visitavit praefatam parochialem ecclesiam Nigrarii, scilicet olea sancta, in arcula ad altare maius a cornu evangelii in vasis argenteis sub ostiolo sera et clavi bene custodita. Singulis annis sumuntur a cathedrali Veronae distribuenda etiam filiabus Pruni, Fanarum et Cernae; propterea vidit alia vascula stamnea cum capsula ex nuce. Fontem baptismalem, in calce ecclesiae erectum, sub [158] rastris ligneis sera et clavi bene custoditum; extat in calce ecclesiae a cornu epistolae. Tria confessionalia pro excipiendis sacramentalibus confessionibus paenitentium exposita. Suggestum in quo concionatur diebus festis quadragesimali tempore die veneris et sabbathi, per concionatorem electum ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo veronensi; tempore vero Adventus per electum ab admodum reverendo domino archipresbytero. Altare maius, cum tabernaculo ligneo figurato, colorato et deaurato, cum mensa marmorea variis lapidibus decorata, cum portatili. Retro extat corus semicircularis figurae; manutinetur ab archipresbytero ex transactione facta cum dominis clericis. Ibi adest societas sanctissimi Sacramenti, una cum societate Suffragii. Idem altare est privilegiatum pro confratribus sanctissimi Sacramenti quaque feria secunda, ex brevi apostolico ad septennium dato die 16 aprilis 1731. Cappellam et altare sancti Caroli et sancti Antonii abbatis, de ratione [158] nobilis domini comitis Caroli de Rizzardis, ab anno 1696 adquisitum per nobilem dominum comitem Rizzardum de Rizzardis ab archipresbytero et ecclesia Nigrarii, prout in fillo *Oratoriorum* huius cancellariae episcopalis et ab ipso honorifice restauratum, manutentum vero a praefato nobili domino comite Carolo. Haec cappella extat a cornu evangelii altaris maioris et eius altare est marmoreum cum portatili et icone nec non cum parvo tabernaculo pariter marmoreo, quod inservit pro servando sanctissimo Sacramento tempore hebdomadae maioris. In eo celebratur ex devotione, nullo extante – ut assertum fuit – onere missarum. Cappellam et altare beatae Mariae Virginis a Cintura, marmorea in mensa anteriori, in parte variis lapillis ornata, cum portatili, icone et statua eiusdem beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta. Extat erecta societas dictae beatae Mariae Virginis, cum diplomate prioris generalis ordinis sancti Augustini diei 5 septembris 1675. Eadem societas manutinet altare et habet annuos redditus ducatorum viginti circiter, cum onere unius missae in anno die festo sancti Ioannis Baptistae, [159] ex legato quondam nobilis domini Ioannis Barzisa. Altare sancti Ioseph ligneum cum mensa ex marmore aspro et portatili ac icone, de ratione dominorum Alexandri et fratrum Sartorari, a quibus de omnibus manutinetur; ibi celebratur ex devotione. Altare Immaculae Conceptionis beatae Mariae Virginis, in capella ex marmoribus erectum, cum portatili et statua sculpta eiusdem beatae Mariae Virginis in Arce, pariter marmorea sub crystallis custodita; est decore ornatum et manutinetur a societate praedictae beatae Mariae Virginis, ibi erecta cum bulla Clementis IX sub datum Romae apud Sanctum Petrum die 24 aprilis 1669. Dicta societas fruitur annuo redditu ducatorum quindecim circiter, cum onere missarum quatuor in anno, ex legato quondam Lucia Fasani. Cappellam seu altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, totum ex marmore, recenter reaedificatum, cum mensa anteriori in parte variis lapillis insertis decorata, cum portatili et statua eiusdem beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta, decoris vestibus induta et in arca marmorea sub crystallis custodita. [159] Est honorifice tentum et manutentum de omnibus a societate ipsiusmet beatae Mariae Virginis, ibi erecta cum patentibus litteris magistri generalis ordinis praedicatorum, datis Romae in conventu Sanctae Mariae super Minervam die 22 iulii 1655. Eadem societas percipit annuos redditus ducatorum centum sexaginta circiter et habet onera missarum ex variis legatis biscentum triginta duorum, prout in pollicea exhibita et in fine huius libri sub littera S reposita, cui et cetera. Cappellanus est reverendus dominus Petrus Masella de Erbetio, annorum aetatis suae 32. Altare sancti Antonii seu sancti Blasii, alias sancti Martini seu sanctorum Bernardi et Blasii, in cappella a cornu epistolae erectum, cum mensa ex marmore aspro cum suo portatili et antipectile ex corio. Est de ratione ecclesiae seu cappellaniae curatae huius plebis Nigrarii, cum onere coadiuvandi; manutinetur piorum eleemosinis. Visitavit sacristiam, versus medietatem ecclesiae a cornu epistolae erectam ibique sacras suppellectiles et vasa sacra et de omnibus bene provisum invenit. [160] Vidit organa, campanile et totam ecclesiam, tribus navibus compactam, a columnis, inculti tamen operis sustentatam. Illam visitantes die festo sancti Martini et orantes potiuntur indulgentia plenaria, ut ex brevi apostolico ad septennium, dato die 24 iulii 1732. Vidit

coemeterium et domum parochialem, ubi pernoctavit, factis infrascriptis ordinationibus. Ordinata. Umbella laudabiliter sarcitur vel de novo provideatur – antipectile ex corio altaris sancti Ioseph laudabiliter restauretur – eiusdem altaris gradus lignei honorifice pingantur – suppellectiles sacrae quae et prout indigent laudabili forma sarciantur – conficiatur liber in sacristia servandus in quo describantur missae quotidie in hac ecclesia celebratae, cum nomine et cognomine sacerdotum celebrantium ac onere celebrationis – telaria fenestrarum domus parochialis de novo fiant et omnes sperae vitrae laudabiliter sarciantur. [160^v] Die iovis prima mensis septembris 1735. Delegata visitatione infrascriptarum ecclesiarum illustrissimo domino vicario visitationis, idem illustrissimus dominus vicarius, summo mane equo ascenso partes sibi demandatas impleturus, ad ipsas ecclesias se contulit et visitavit: [a margine: Visitazione di Santa Elisabetta] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Visitationis sanctae Mariae Elisabeth, in contrata *Moroni* infra limites plebis Nigrarii erectum, alias de ratione domini Benedicti Turri, heredis quondam domini Benardi Prini, modo vero de ratione reverendi domini Ioannis Baptistae Sona, ex aquisitione facta – ut fuit assertum – a nobili domino Alexandro Brognonico. Unicum vidit et visitavit altare marmoreum, cum portatili et statua beatae Mariae Virginis in arca marmorea custodita. Habetur missa quotidiana ex legato quondam domini Bernardi Prini, pro quo onere et manutentione oratorii redditus sunt ducatorum sexaginta livellorum, unius petiae terrae partim prativae et partim arrativae, nuncupatae *il Brolo*, contiguae domui, eiusdem rationis, non procul ab ecclesia et alterius domus cum orto, item non procul [161] ab ipsamet ecclesia, ex quibus redditibus idem reverendus Sona praefatam missam quotidianam adimplet et oratorium de omnibus manutenet. Fertur ex codicilo quondam Benedicti Turri diei 19 Augusti 1730 in actis domini Vincentii Furegoni de Sancto Paulo extare legatum ducatorum decem octo pro tribus missis in hebdomada in hac ipsamet ecclesia, cum obligatione praecipua bonorum nuncupatorum *la Gesiosa* camporum 6 circiter in ora *Moroni*, sed ab anno usque 1711 in oblivione esse. Retro altare vidit eorum semicircularis figurae, qui inservit pro sacristia et ibi visitavit sacras suppellectiles pro sacro faciendo de quibus sufficienter est provisum. Campana non extat exposita, sed servatur in domo, quam inhabitat reverendus cappellanus ne furetur ut alias accidit. Platea quae est ante ecclesiam fuit caemeterium, ut traditur. Quibus habitis, ordinavit ut sequitur. Ordinata – De veritate praefati legati Turri diligenter inquirant admodum reverendus archipresbyter et idem reverendus cappellanus Sona quo extante, [161^v] totis viribus curent adimpleri – provideatur missale romanum cum sanctis novissimis – caemeterium circum claudatur et in eius medio erigatur crux ferrea. [A margine: Santa Maria] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sanctae Mariae in Prugno infra limites plebis Nigrarii antiquitus erectum, olim de ratione reverendorum patrum carmelitarum suppressorum et ex memoria ianuae sacristiae affixa inotescebat ecclesiam hanc fuisse consecratam. Porro a ruinis Prugni devastata fuit, ad modernam elegantemque forma restituta, cum fornice et modo est de ratione societatis beatae Mariae Virginis a Carmelo, antiquae erectionis, nullo tamen extante documento ex praedictis iniuriis Prugni, a qua de omnibus una cum piorum eleemosynis decore manutenetur. Visitantes hanc ecclesiam ibique orantes et cetera die feriae quartae immediate post festum Paschatis resurrectionis Domini nostri Iesu Christi potiuntur indulgentia plenaria, prout ex brevi pontificio ad septennium dato die 10 martii 1733. [162] Tria in hac ecclesia sunt altaria, quae visitavit, scilicet: altare maius, beatae Mariae Virgini dicatum, cum eiusdem statua in arca marmorea sub crystallis custodita. Altare est marmoreum cum portatili et ianuis marmoreis inducentibus in chorum; hinc inde a lateribus habetur tabernaculum pro solemnitatibus societatis, de licentia archipresbyteri. Ipsum altare est bene tentum et ornatum ac manutenetur ut supra. Altre sancti Alberti, cum mensa marmorea cum portatili et icone ut supra provisum. Altare sancti Ioannis cum portatili et icone et ut ante manutentum. Tria vidit confessionalia exposita de licentia archipresbyteri nec non sugestum in quo habetur concio bis in anno, scilicet die solemnitatis et die mercurii post festum Paschatis resurrectionis. In hac ecclesia, de licentia archipresbyteri, traditur et explicatur doctrina christiana a reverendo cappellano a dicta societate electo, cum consensu admodum reverendi archipresbyteri qui, stipe tradita [162^v] a dicta societate, non solum celebrat ex eiusdem devotione, sed etiam missas quinquaginta ex legato quondam Donati Migliori. Cappellanus vero modo est reverendus dominus Hieronymus Vinzenzi, sacerdos de Sancto Floriano. Visitavit sacristiam prope eorum a latere evangelii et sacras suppellectiles et vasa sacra et sufficienter provisum esse invenit. Vidit in ecclesia sepulturas pro confratribus et circum ecclesiam coemeterium, prout assertum fuit in quo fertur humata fuisse fidelium cadavera. Campanile est cum duabus campanis. Quibus habitis, ordinavit ut infra. Ordinata. Sacrae suppellectiles indigentes laudabiliter sarciantur – provideatur fons pro abluendis manibus celebrantium, cum suis manutergiis – provideatur tabella pro praeparatione missae – herbae succrescentes in loco qui asseritur coemeterium radantur et comburantur – idem locus cingatur muro [163] ad arcenda animalia et in medio saltem erigatur crux ferrea. [A margine: Santissimo Rosario o San Francesco] Visitavit publicum oratorium sub invocatione beatae Mariae Virginis

sanctissimi Rosarii seu sancti Francisci, olim ex sua devotione edificatum a quondam nobili domino comite Francisco Campanea, in contrata Sanctae Mariae in Prugno infra limites plebis Nigrarii, de ratione nobilis domini comitis Federici Campanae, a quo de omnibus manuteneretur. Unicum extat altare ex marmoribus compactum cum portatili, in cuius medio surgit erecta statua beatae Mariae Virginis et hinc inde a lateribus statuae sancti Ioannis evangelistae et sancti Francisci ex marmore sculptae. Retro altare habetur chorus, qui inservit pro sacristia, ubi visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae et ordinavit ut sequitur. Ordinata. Sacrae suppellectiles indigentes laudabiliter sarciantur – provideatur tabella *Sacri Convivii* – comparetur fons pro abluendis manibus celebrantis, cum suis manutergiis - [163^v] sarciatur missale romanum et provideantur missae novissimae sanctorum – provideatur planeta violacei coloris, cum suis manipulo, stola, velo et bursa – in sumitate tecti dicti oratorii erigatur crux ferrea. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Vito] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub titulo Sanctorum Viti et Modesti, in contrata Sancti Viti infra limites plebis Nigrarii erectum. Fertur esse de ratione nobilium dominorum comitum de Saibantis et ab iisdem manuteneri. Illud invenit parum decorum et a nimia humiditate et ab aquis deturpatum. Unico constat altari cum portatili et icone, in quo aliquando celebratur ex devotione et tunc suppellectiles neccessariae deferuntur a parochiali. Ordinata. Pavimentum elevetur ad altitudinem duorum pedum, ad impediendam humiditatem – fenestrae muniantur ramatis et speris saltem linteis - [164] ianua tute et laudabiliter sarciantur – tectum et parietes, prout indigent, restaurentur – provideatur tela stragula qua cooperiatur altare – provideantur duo candelabra saltem lignea, argento vel auro linita – provideantur quatuor vasa florum siccorum. Haec omnia tempore bimestris fiant; aliter, eodem tempore transacto, oratorium ipsum sit suspensum et nunc pro tunc suspendit. Quibus absolutis, ad parochiales aedes se se restituit. Eadem antedicta die prima septembris 1735. Multo confluente populo, praefatus illustrissimus et reverendissimus praesul, condignis obsequiis honoratus et sub baldachino receptus, ad antedictam parochialem ecclesiam Sancti Martini Nigrarii se contulit, qua per consuetas ceremonias ingressa, ante altare maius genuflexus piam emisit praeparationem missae. Porro sacerdotalibus indutus apparamentis, sacrum fecit et multo utriusque sexus populo propriis manibus sanctissimam Eucharistiam erogavit. Actis inde Deo debitis gratiis, requisitus [164^v] ut dignaretur iterum Confirmationis sacramentum ministrare, postulationibus sibi factis benigne annuit et frequenti utriusque sexus populo idem Confirmationis sacramentum ministravit. Tandem ad parochiale aedes reversus, post aliquantulum quietis suae visitationis negotiis incumbens, pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: Margarita Costa, uxor Ioannis Baptistae Fasol aetatis suae annorum 46 circiter; Veronica Bodin, uxore Ioannis Baptistae Donatoni aetatis suae annorum 50 circiter, obstetrices, quae examinatae de administratione sacramenti baptismatis in casu neccessitatis, bene instructae repertae fuere. Comparuit admodum reverendus dominus Bartholomaeus Bozini, archipresbyter dictae plebis Sancti Martini Nigrarii, quam per concursum obtinuit et cum bullis pontificiis datis Romae pridie idus martii 1710, quas ostendit una cum mandato vicariae foraneae cum subiectione ecclesiarum, praeter suam, Arbitiani, Pruni, Turbarum, Fanarum, Cernae et Paronae. Parendo autem mandatis et cetera, praesentavit polliceas [165] iuxta aedictum visitationis, repositas in fine huius libri sub littera S. Obtulit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, quos perlustravit, restituit et ordinavit ut infra. Interrogatus de suo clero et populo, bene de utroque retulit. Ordinata. Sacerdotes et clerici non admittantur fungi officio patrinorum in colatione baptismi sine licentia episcopali in scriptis – in partitis matrimoniorum exprimantur dies publicationum – in partitis mortuorum exprimatur qualitas morbi. Subinde comparuerunt: reverendus dominus Ioannes Baptista Pasi, sacerdos de Erbetio 52 circiter annos natus, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, cappellanus curatus seu coadiutor huius plebis Nigrarii, quam cappellaniam cum onere coadiuvandi per concursum obtinuit et cum bullis episcopalibus diei 23 februarii 1719. [165^v] Reverendus dominus Petrus Massella, sacerdos de Herbetio, capellanus sanctissimi Rosarii aetatis suae annorum 32, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato episcopali diei 6 iulii 1734, confirmato ad annum die 3 iulii 1735. Reverendus dominus Antonius Murari, sacerdos de Nigrario aetatis suae annorum 29, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis patris et patru, confessarius cum mandato episcopali, ad annum confirmato die 13 septembris 1734. Reverendus dominus Hieronimus Vicenzi, sacerdos de Nigrario aetatis suae annorum 48, cappellanus Sanctae Mariae in Prugno, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis, confessarius cum mandato episcopali anni 1728, confirmato ad annum die 6 iulii 1735. Reverendus dominus Ioannes Baptista Sona, sacerdos simplex de Nigrario aetatis suae annorum 42, cappellanus in oratorio contratae *Maroni*, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis patris et avunculi. Reverendus dominus Michael Pampuro, sacerdos de Nigrario aetatis suae [166] annorum 36 circiter, simplex sacerdos, promotus ad titulum sui patrimonii in bonis paternis. Qui omnes, debita cum deveneratione, eorum mandata

et requisita ostenderunt, visa et restituta. Sumptis demum diligentibus informationibus a gravioribus et fide dignis viris de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo admodum reverendi archipresbyteri et cleri, de utroque bona habuit et bene relatum fuit. Quibus absolutis, facta iam hora tarda, prandium sumpsit. Die antedicta prima septembris 1735 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, delegata visitatione simplicis ecclesiae seu publici oratorii sub invocatione Beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, in contrata Montechii infra limites Nigrarii admodum reverendo domino archipresbytero eiusdem plebis Nigrarii, attenta nimia longitudine itineris et penuria temporis, cuius erit dictam delegatam visitationem diligenter et fideliter transmittere ad hanc curiam episcopalem et, clausa sua pastoralis visitatione huiusmodi plebis Nigrarii, cum recitatione *Deprofundis* prout de [166^v] more, propriam rhedam ascendit et, receptus a reverendo curato Arbitiani, nepote archipresbyteri – detenti ab eius gravi aetate – nec non associatus a reverendo archipresbytero Nigrarii aliisque multis, rusticana militia eiusdem loci Nigrarii, clangentibus tubis, usque ad confinia frequenter explodente praeunte, suam pastorem visitationem pro hac die intimatam habiturus, Arbitianum versus iter suum direxit. Ad confinia perventus, recedentibus hominibus Nigrarii, ab armatis hominibus Arbitiani obsequenter et cum laetitia ac explosionibus recipitur. Iter suum proseguendo, obvium habuit utriusque sexus populum processionaliter occurrentem et pias laudes decantantem, quo processione ordine praecedente, ad parochiales aedes sonantibus campanis ductus fuit, in quibus suam fixit mansionem et paulisper quieti se tradidit. Volens autem solemnem suum habere ingressum, [167] omnibus bene dispositis, sub baldachino receptus a quatuor selectis viris gestato honorifice associatus, deosculata prius cruce in egressu domus sibi a reverendo curato, attenta impotentia archipresbyteri oblata, processionaliter

